**Impossibilis.** Breuiter. h. intendit. In ultimis voluntatibus. impossibilitas per modū adiecta non viciat. h. d. vsqz ad. §. si plures. ¶ In glo. que incipit tribus modis. ibi celum tetigeris. hec impossibilitas non est. j. de leg. §. si. et sed ibi ponitur conditio per modum negatiuum. vt si celum digito nō tetigeris que conditio non est impossibilis sed necessaria. et ideo non reijcitur fm̄ doc. lz. glo. ibi aliter sentiat et male. vnde reprobat per. d. Bar. in. l. j. ff. de cōdi. insti. et que dicuntur de impossibilitate in hoc. §. intellige. quando impossibilitas nature vel iur. adijcitur per modū conditionis. secus si per modū dispositionis. qz tunc viciaret. vt. l. ap̄ iul. in fi. ff. de leg. j. ¶ Sed quero certū est q̄ conditio impossibilis de iure vel natura reijcitur nunquid saltem habebit conuerti in aliquod possibile. videtur q̄ sic. ar. l. legatum. ff. de vsuf. le. et ff. de admi. rerum ad ci. perti. l. legatū So. dic. fm̄ Bar. aut conditio adijcitur propter aliquod honestus. vt qz testator legauit. c. pro missis cantandis. et ciuitas est interdicta propter qd̄ misse non possunt cantari. nunc istud factum conuertitur in aliquem alium actus p̄iū vt sunt elemosyne et orationes et similia. quādoqz conditio adiecta fuit non propter factum honestum. sed trusa vtriusqz factorum est. vt si occideris patrem. vel celum digito tetigeris

geris. et tunc eius loco nihil debet fieri. ut l. obtrinit. ff. de condi. et demon. **¶** Alterius quero quid si conditio adiecta est pro parte possibilis. et pro parte impossibilis. Rñ. q. pro ea parte pro qua est possibilis admittitur et pro parte impossibilis remittitur. ut l. qui dotem. ff. de do. p. ete. facit. l. penul. ff. de condi. et demon. **¶** Demum quero nunquid institutus sub conditione poterit hereditatem adire de iure civili vel habeat petere bonorum possessionem de iure pretorio. Ja. de arc. dicit q. petere expediebat bonorum possessionem et hereditatem adire de iure pretorio. ar. l. facta. §. si in danda. ff. ad trebel. et l. j. §. ad eas. ff. ad legem falci. **¶** Bar. in l. j. ff. de condi. insti. dicit q. aut conditio rejicitur a iure civili que est impossibilis. ut hic. et in d. l. j. ff. de condi. insti. et tunc adire poterit hereditatem de iure civili. q. ius pretorium de tali hereditate se non intromittit. aut conditio rejicitur seu remittitur de iure pretorio. ut in d. §. si in danda. et in d. §. ad eas. et tunc sit vera opti. Ja. de arc. q. debeat adire de iure pretorio. Et est magna vis huius questionis. de civili iure heres maius tempus requirit ad adendum hereditatem. q. heres de iure pretorio. ut l. j. §. largius. ff. de success. edicto. et quod ibi no. **¶** In glo. se. in fi. Rationem huius differentie facit. q. imputet sibi. qui contrahit sub conditione impossibili. unde sibi non subuenitur. qui se in necessitate posuit. sed in arbitrio heredis non fuit q. possibilis conditio sue institutioni adheeretur. et ideo facilius sibi subvenitur. cetera circa materiam conditionis impossibilis dicam infra de inuti. stipu. §. sed impossibilis.

**Si plures.** Breuiter. h. intendit. Conditiombus pluribus institutus adiectis copulatiue omnibus est parendum. Disiunctiue vero sufficit si alteri earum pareatur. Et etiam incognitus testatori potest ab eo heres institui. h. d. Val.

**De vulgari substitutione.**

**Test autem.** Unus gradus substitutionis et plures quis in testamento prohibito voluntatis facere potest. Et ne quis intestatus decedat: si filius est q. in ultimo gradu seruus suum heredem instituat. h. d. vsq. ad. §. et plures.

**¶** In glo. rub. ice. in fi. Si iste intellectus esset verus: sequeretur q. fideicommissaria substitutio posset dici vulgaris. nam ipsa potest fieri per quilibet et cuiuslibet. et tamen constat q. una non est altera. et ideo hec ratio non valet. **¶** Cy. in l. precibus. C. eo. dicit: q. ideo dicitur vulgaris. q. quilibet sit uti verbis necessarijs ad eam. **¶** Guil. de cu. et alij doc. moderni dicunt q. vulgaris dicitur. i. directe. Sicut alij sic exponitur in l. cum filiu. ff. de here. insti. vel dicitur vulgaris. i. approbata. ut l. si seruus nauem. ff. de furtis. **¶** Ite vulgaris. quia verbis consuetis. ut l. iij. §. j. ff. rem ratam habe. item dicitur vulgaris. i. expressa. quia doq. a iure quandoq. a testatore. ut l. libertus. ff. de fideicom. lib. item ultimo vulgaris dicitur. q. nihil habet specialitatis. ut l. edicto. §. j. ff. de iure fil. in glo. in alia enim: ibi sciuola. **¶** Per tex. illius. l. Jac. de arc. dicit q. etiam in codicillis non potest directa substitutio valere iure fideicommissi. q. nulla lege cauetur: q. verba directa obliquantur. et tex. in d. l. sciuola. non facit. q. ibi ponitur verbum obliquum: omnes doc. defendunt glo. reprobando. Ja. de arc. per l. verbis civilibus. ff. e. ti. et per dictam. l. sciuola. nam p. ibi q. facta fuit substitutio pupillaris que est directa tamen trahitur ad fideicommissariam.

**Et plures.** h. d. Unus loco plurium: et plures loco unius possunt substitui: et cum plures inuicem substituuntur: videtur partes adiecte in institutione: et in substitutione tacite repetite. h. d.

**Sed si instituto.** h. d. Substitutus vulgariter ei qui est coheredi suo vulgariter substitutus instituto et eius substituto coherede non aduentibus in portiones vtriusq. admittitur ex substitutione vulgari et altero aduente in non ad-

euntis portionem solimodo admittitur. h. d. vsq. ad. §. si filius. **¶** In gl. f. ordinis ibi sed certe ille. §. corrigatur. ista glo. per omnes doc. reprehenditur quia legum correctio est vitanda. et ideo solue q. dictus. §. loquitur quando q. exheredat filium et ei substituit. quo casu etiam dato: debet precedere substitutus: nam si substitutio precederet: non posset dici iure taliter precessisse institutiones: que in testamento facta non sunt. **¶** Et q. tractatur de ordine plenissime distinguitur: cum queritur vtrum ordo sit suandus. **¶** Omnis his que dy. no. in l. nec enim. ff. de solut. Et die q. triplex est ordo. **¶** Primus est ordo rei: quo ipsa res producit in esse. **¶** Secundus est ordo rei secundum tempus vnius rei ad alias. **¶** Tertius est ordo scripture. Si tu queris de primo ordine: quo ipsa res producit in esse aut ille est ordo necessitatis: aut voluntatis aut dubitatur Si necessitatis ut in snia nam ordo eius quo producit in esse est libellus. precedere lit. contes. iurare de calumnia: certe si prius iuretur de calumnia q. lis contestetur riciatur sententia: ut est casus in l. platam. C. de sententijs: q. tene menti: et tunc vitatur quandoq. ipsa res ipso iure. ppter omissionem talis ordinis. quandoq. per sententiam ut l. i. et q. ibi nota. C. de appella. q. q. est ordo voluntatis. et ommissio talis ordinis non vitat ut l. p. offeri. C. de testa. et infra de leg. §. ante heredis. aut dubitatur vtrum sit necessitatis an voluntatis. et tunc aut ille ordo est magni preiudicij. et tunc eius ommissio vitat ut. **¶** Cum hij. §. si pretor. ff. de transacti. aut est modici preiudicij et tunc eius ommissio non vitat ut l. i. in prin. ff. de uen. inspi. **¶** Quod facit ad. q. iure cauetur q. heres in confectione inuentarij signum crucis premittat ut. C. de iure delibe. in. fi. dubium est vtrum ille ordo sit necessitatis: an voluntatis: certe tunc quia ommissio illius ordinis est modici preiudicij: non habet vitare: secus si esset magni preiudicij: ut puta si esset ommissa citatio creditorum ut ibi patet. **¶** Secundus est ordo vnius rei ad aliam: et tunc aut tu queris in bonoribus suscipiendis: et tunc non inspicitur ordo temporis: quia non ordinabitur prius anti quo: sed vtuosior. ut l. honores. C. de decur. lib. xij. licet primo ipsa ordinatio prius spectetur: q. debet gradatim ordinari. ut l. honores. §. gerendorum. ff. de mune. et bono. q. d. fallit vbi alius esset. p. ius ut l. primicerio. ff. de offi. p. ese. **¶** Si tu queris de ordinatis in iure preferendis: tunc tempus inspicitur. quia antiquior: preferitur ut l. i. ff. de albo. senb. et l. i. C. de consulibus. lib. xij. et hoc est circa ordinem personarum. **¶** Circa vero ordinem iuris civilis vel personarum: q. d. sit potius. die ut per dy. in l. penul. ff. de priuile. credit. **¶** Tertius est ordo scripture: et tunc aut mens. disponentis est certa. et tunc non curamus de scriptura. l. nec enim. ff. de solu. aut est dubia. et tunc curatur. ut l. quoties. ff. de vsuf. facit q. d. habetur in prima constitutione. C. circa fi. vbi dicitur q. inspicitur dies late constitutionis ut sciatur que prior. et que posterior est. **¶** Et per hoc determinatur talis questio. **¶** Donec q. quis in libello dicit. quare peto talem compelli et cogi et vestra snia condemnari. ad. d. ad. domi et restituendum rem talem et c. nam licet secundum ordinem scripture. videatur primo petere executionem q. snias q. d. est prohibutum de iure ut l. i. C. de execu. rei iudi. quia hic certi sumus de mente libellantis talis libellus tollatur secundum Bar. ut ipse scripsit in l. ij. C. eo.

**Si seruum.** h. d. Substitutio vulgaris per hec verba. si heres non erit. in eo quem testator credit liberus. intelligitur si ei postea eius iuri supponetur hereditatem non adquisierit. sed in eo quem alieni iuris arbitretur. intelligitur si ipse heres non erit. vel aliam heredem non fecerit. h. d. vsq. ad fi. ti. **¶** Et si huius tex. colligunt doc. ar. ad notabile dictum. q. quotienscumq. quis non habet superiorem. et habet casum cum aliquo. in causa propria. nullus potest esse iudex. procedit vbi quis habet superiorem. alias ipsemet erit iudex ut hic habetur. et ff. de here. insti. l. et ita vbi doctores hoc ponunt. et ibi vide non sunt alia in isto titulo.

## De vulgari

De pupillari substitutione.

**Liberis suis.** *lib. prin. b. d.*  
quis habet in potestate instituit uel exheredatis potest testator non solum vulgari ter. sed etiam pupillariter his verbis. si heres erit et in pupillari etate decesserit. substituere. Et pupillo non adesse substituere.

admittit ex vulgari eo adesse. et in pupillari etate mortuo. ex pupillari admitteretur et inhabilibus ad providendum sibi ius puidet. b. d. vsq; ad. §. qua ratione. *In glo. i. in fi.* Adde item ad hoc ut substitutio valeat. exigitur q; pupillus sui iuris efficiatur per mortem testatoris qd bene colligitur ex fi. huius glo. et pbatur in. l. ij. §. plane post humus. ff. eo. et ratio hic in glo. assignatur q; substitutio pupillaris fit solummodo illis impuberibus qui testari possent si puberes essent. sed in potestate aliena recasuri. etiam si puberes essent testari non possent. vt. §. qui. non est permis. fa. te. §. i. Item exigitur q; ante mortem testatoris non sit effectus sui iuris. nec nocet si tempore testamenti sui iuris esset. dummodo tempore mortis testantis reperitur in eius potestate. vt. l. heredi. §. cum filio. ff. eo. Item exigitur q; pater faciat testamentum sibi alioqui non potest substitutum pupillarem facere ut. l. i. §. liberum in fi. ff. eo. Item q; patris adatur hereditas. vt. l. ij. v. adeo autem. ff. eo. *Sed* quero nunquid isti liberi debeant esse naturales legitimi rii. q; sic. ut p. 3. C. e. l. si testator. cum se. *Sed* quero nunquid adoptiuo possit fieri pupillaris substitutio *Respondeo* q; sic si tales sint q; transeant in potestatem adoptantis. ut. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. eo. et no. in. d. l. ij. ff. eo. Naturalibus tantum non potest pupillariter substitui. ut no. ff. eo. l. i. l. ius. *Sed* pone q; statuto canoneatur q; minor. xx. an. non possit testari. nunquid ei fieri poterit substitutio pupillaris. *Uidetur* q; sic. cum in tali sit defectus etatis qui est causa pupillaris substitutionis. contrarium est dicendum. q; substitutio fit solummodo etate impeditis. et ideo mentecaptis maioribus. xiiij. an. non potest fieri substitutio pupillaris. licet sint impediti testari sed exemplaris q; habent illud impedimentum non causa etatis. preterea maiores. xiiij. an. et minores. xx. possunt habere filios ad quos eorum successio deserit qd non est in impuberibus. *Sed* videtur q; substitutio pupillaris possit fieri emancipato: dummodo sit impubes: nam per autem. de heredi. que ab intesta. sublata est differentia emancipationis et patrie potestatis. unde omnibus illis quibus poterat olim pupillariter substitui si in potestate aliena erat etiam eis hodie poterit in emancipatis. *Sed* dic contra: quia differentia emancipationis et patrie potestatis hodie est sublata solummodo quo ad successionem ab intestato. alias non. vt no. in. l. gallus. §. quid si tantum. ff. de lib. et postbu. cu; si. *Preterea* mater ea ratione sola non potest substituere pupillariter. quia non sunt in potestate. vt. l. si mater. ff. eo. unde patria potestas hodie est necessaria ad pupillarem substitutionem faciendam.

**Qua ratione.** Exemplaris substitutio quam quis liberis mente captis cuiuscunq; etatis filios mentecapti vel fratres. si filios non habet vel quoscunq; alios extraneos predictis deficientibus substituit ad exemplum pupillaris substitutionis extitit introducta que eo cui facta est ad sanam mentem redeunte sicut pupillaris: pubertate expirat. b. d. vsq; ad §. igitur. *In glo. et ita ibi.* qui liberis. §. verba. *De.* in tractatu substitutionum dicit q; in istis substi. continetur vulgaris expressa. *Aso* in summa eo. ti. tenet idem *lv.* et *Ja.* de are. in. l. precibus. sequuntur istam glo. *Bart.* in. l. j. in prin. ff. eo. et l. ius. concordat has opi. hoc modo. nam aliquid potest dici expressum verbis generalibus. q; sub conceptione verborum potest contineri. vt dicendo omnes filios exheredo video: exheredare nominatim. quia sub istis verbis generalibus possunt omnes comprehendi. vt supra de exhereda. lib. §. nominatim. et hac consideratione vul-

## substitutione

garis substitutio que comprehenditur sub compendio et breuiloquio dicitur expressa. et ideo matrem excludit. vt dicta. l. lucius. nam sub hac generalitate verborum: vos inuicem substituo: vel quando cuiq; decesserit. talis sit heres. potest contineri si heres non erit et c. Quoddam est expressus verbis specialibus: et hac consideratione sub istis verbis substitutionis non continetur vulgaris expressa sed tacita. et sic soluantur dicte opi. *Sed* vulgaris tacita indubitanter vocatur illa que continetur sub expressa pupillari. de qua glo. j. facit mentionem. vt si testator dicat. si heres decesserit in fra pupillarem etatem. nam tacita intelligitur vulgaris: si heres non erit contra naturam verborum expressorum. q; hec verba de sui natura generaliter vel specialiter nunquam poterunt comprehendere. si heres non erit. sed propter sumptam mentem testantis. q; iuris consulti coniecturati fuerant. q; testator qui voluit substitutum admitti. si heres esset: et decesserit in pupillari etate: idem voluerit: si heres non fuerit. et in pupillari etate decesserit propter identitatem rationis. et ideo dicitur hec tacita vulgaris subaudita a iure. *In glo. ibi* vt hic. §. vt si heres. *Potest* etiam dici in opi. aliquorum: q; pupillaris que continetur in breuiloquio sit expressa in *Aso.* q; matrem excludit. vt dicta. l. lucius. l. j. glo. in. l. precibus. C. e. ti. tenet q; in breuiloquio continetur vulgaris tacita qd probatur in. l. j. §. si bis. et l. hoc iure. ff. e. sed dic vt dixim de vulgari que sub hac vos inuicem substituo: continetur pupillaris expressa generaliter et non specialiter. et ita concordantur glo. et doc. *In eadem glo. in fi. glo. in. l. centurio. ff. eo.* Tenet q; quando substitutio compendiosa fit pupillo per verba obliqua vel communia omni tempore valeat iure fideicommissarie. *Glo. in l. precibus. C. eo. ti.* notabiliter distinguit. q; aut substitutio compendiosa fit pupillo cum tempore et distinctione. sicut eodem modo solet fieri. vt q; testator dicat filium meum in impuberem instituo. et si decesserit in pupillari etate. vel quando cuiq; sine liberis talem substituo tunc infra tempora pubertatis vsq; vt directa. et iure directo. postea vt fideicommissaria. *Glo. in. l. centurio. sequitur* *Aso.* et *Ja. bu. Inn.* in. c. raynutius. extra de testamentis §. glo. et *Jo. an.* in antiqua sua. *Sof. in. c. si pater. de testamentis. lib. vj.* et etiam *De. Bar. Rich. Adal. Dof.* et quasi omnes legisse tenent hanc glo. que tenet: q; quando fit per verbum commune substituo infra pubertatem: valeat iure directo. postea obliquatur sic. *Ja. de are.* et *lv.* in dicta. l. precibus. et *Jo. an.* in dicto. c. si pater. in nouella idem que opi. satis est notabilis.

**Igitur.** *lib.* intendit. Testamentum substitutionem continens pupillarem: quo ad quid vnum. et quo ad quid duo censeri potest et volens caute substitutionem facere. debet eam separatim a proprio testamento facere. et per se clausam tempore vite pupilli tenere iubetur et substitutio pupillaris in eodem codice quo testamentum est scriptum etiam alio potest scribi. b. d. vsq; ad. §. non solum. *Ex isto.* §. colligitur argu. ad. q. Statuto cauetur. q; si quis non probauerit accusationem non puniatur in. r. in eodem libello accusatorio accusati sunt duo de diversis delictis que non probauit nunquid pro vna accusatide non probata an duabus puniatur iste tex. facit pro vtraq; *Ja. bu.* disputauit hanc questionem et determinauit. q; debeat puniri pro duabus accusationibus. nisi accusator probaret q; communis vsus loquendi se habet q; accusatio dicatur libellus accusator in quo casu. q; est vnus libellus puniretur pro vna accusatione non probata. qua ponit doc. in. l. libellorum. §. si libelli. ff. de accu.

**Non solum.** *lib. d.* Etiam liberis exhereda- tis potest fieri substitutio pupillaris. in qua veniunt omnia bona pupilli. q; quis aliunde q; a patre quesita. *Et* non solum natis. sed etiam posthumis pupillariter potest substitui. hoc dicit vsq; ad. §. liberis. *In glo.* que incipit. qui substitutus. ibi cum similibus in fine. *Sed* que est ratio diuersitatis. q; pupillum exheredatum in legato sibi relicto grauare possum. sed eius substitutum

## De vulgari substitutione

substitutum non So. in *De. 2. L. 7.* non potest reddi ratio sed quidam voluerunt quosdam frivolas assignare rationes. ut recit *L. 7. in l. cum quidam. C. de lega.*

**Liberis.** h. d. Pupillaris substitutio est pars sequella testamenti principalis et nisi quis sibi testetur non potest pupillarem substitutionem facere. que potest fieri liberis impuberibus singulis vel tamen qui ultimo monetur. h. d.

**Substituatur.** h. d. Potest pupillo substitui nominatum certo proprio nomine designato. per personam vel generaliter per verba hec. quisquis mihi heres erit. quo casu qui heredes erant ex iudicio defuncti. pro hereditariis portionibus ex pupillari substitutione vocantur hoc dicit vsq; ad §. masculino. **In glo.** sibi met in fi. contra glo. oppo. de lege si quis cum testamentum. ff. de codicill. ubi non curatur: q; alius quis sit heres. Solu. h. d. ubi non erant alij descripti. et ideo oportet q; nos interpretemur heredes in effectu ex hac substitutione quisquis mihi heres erit alias voluntas testatoris periret. et ratio determinationis huius glo. quia testator ex affectione substitutum facit que affectio amplius cadit in descriptis et heredes in effectu tantummodo et per hanc glo. et similes. dominus Barto. reprobat quandam opinionem. *L. 7. De. 2. Jaco. de are.* qui tenent q; filius et servus heredes descripti aliter faciant heredem patrem et dominum. nam filius facit patrem heredem in effectu sed ipse remanet nomine servus veronec nomine nec effectu remanet heres sed utroque modo heredem dominum facit. ut *L. 7. scripsit in l. cum proponas. C. de heredi. instituen.* nam hec opinio est falsa. si enim servus faceret dominum heredem et nomine et effectu. ergo dominus admitteretur ex hac substitutione quisquis heres mihi erit quod tamen hic negatur quare ex hac substitutione non plus admittitur quam pater hoc non est ex alio nisi quia filius et servus remanent heredes nomine. et hec est veritas ut scripsit Barto. in l. cum filio. ff. de lega. primo. et l. qui liberis. §. hec verba. ff. de vulg. et pupilla. **Et hec inducuntur ad questionem iure cauetur q; quando est delegata aliqua causa alicui sub nomine dignitatis q; illo defuncto succedat in delegatis successor. ut in c. quoniam abbas. extra. de officio delega. et l. et quia. ff. de iurisdictione omnium iudicum. Sed pone q; compromissa est causa in aliquem sub nomine dignitatis: et mortuus est certum est q; si fuisset compromissa sub nomine proprio non transiret compromissus ad successorem in dignitate: quia compromissum arbitri morte finitur. ut l. diem proferre. ff. de arbi. sed nunquid hoc casu transibit ad successorem videtur q; sic quemadmodum dicimus in legato. argu. dictorum iurum. Inno. in c. finali. extra de officio delega. determinat contrarium notabiliter. nam in compromisso non transit aliquid uniuersale sed vnus actus tantum. secus est in iurisdictione ubi quid uniuersale transit sed cum pro hoc facit quod dixi supra per ista glo. nam quotienscumq; proferuntur verba generalia contemplatione affectionis non continetur successor in effectu sed in proposito licet verbis generalibus appellatus causa sit compromissa hoc factum est contemplatione persone non causa dignitatis. et ideo nullatenus transit ad successorem in dignitate sed dictam declarationem dicit Inno. que est vera. Sed predictis videtur obviare fortiter quod solet declarari in l. quidam. ff. de rebus dubijs. ubi solet dici q; si factus sit executor quis sub nomine dignitatis q; si moriatur in executione surrogatur succedens in dignitate et tamen constat q; executoris officium committitur contemplatione persone. So. dicit q; hec glo. et iura allegata in ea non faciunt ad q; predictas. licet determinatio. Inno. sit vera nam hic loquimur in nominibus appellatiuis que testator a seipso inducit. et ideo interpretamur hanc quod hic dicimus sed in questione proposta nomina dignitatis non introducit testator seu compromittens. ideo nil facit quod hic dicitur ad q. illas. Possumus tamen respondere. q; respondere admittatur successor in dignitate est quia executor quem dat**

## Qui. mo. testa. infir. 23

testator succedit loco legitimi executoris: vsq; episcopi qui est legitimus executor. ut l. nulli. et l. si quis ad declinandam. C. de episcopis et cle. quasi sub nomine dignitatis sit executor unde succedens loco eius ipsius naturam sapit. l. si cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. et q; decedente executor legitimo succederet successor in dignitate ita etiam erit in proposito quod determinat do. bar. in l. qui liberis. §. hec verba. ff. co. ti.

**Masculo.** h. d. Masculo vsq; ad. xiiij. Annu licet vsq; ad. xii. annum. potest fieri substitutio pupillaris post vero dicta ipa: vel etiam intra extraneus nullus potest substituere directo sed per fideicommissum est substitutio fundata. h. d. vsq; ad fi. ti. **In glo.** q; semper i fi. **Die q; ista gl. tenet q; directa substitutio eius facta nunquam obliquitur: et idem no. precedens que incipit. l. directo.** Quas glo. quidam sequuntur maxime Ja. de are. ut dixi. §. de vul. sub. super rubrica: glo. no. contrarium in l. verbis civilibus. ff. de vul. et pupi. que vult q; quotiescumq; directa substitutio nunquam possit valere in re directo. propter defectum persone: que eam facit. vel cui sit obliqua in iure fideicommissi. et illa glo. est vera et ista est sal. fm. communem opi. **Sed quero mater pupillari ter substituit filio suo: certus est q; iure pupillari valere non potest: q; deficit vnus de substantialibus pupillaris substitutionis. q; mater filium in potestate non habet namquid valebit iure fideicommissi. per predicta patet q; sic.** **Sed quero pater filio puberi substituit pupillariter certum est q; non potest valere iure pupillaritatis nunquid valebit iure fideicommissi: videtur per predicta q; sic nam substitutio que non potuit valere iure directo: debet obliquari et trahi ad fideicommissum: sed ista est huiusmodi: ergo et c. docto. determinat contrarium. nam substitutio pupillaris debet pubertate sumi. ut. §. in. §. hoc. ergo substitutio pupillaris ut valeat iure fideicommissi non potest tunc inchoari. ut l. cum moriatur. ff. de usufruc. le. facit. l. si fundum per fideicommissum. ff. de le. primo. quod scripsit do. bar. in l. verbis civilibus. ff. de vulg. et pu. et hoc sequit do. Qui. de actu: Rai. et omnes.**

**Quibus modis testamenta infirmantur.**

### Testamentum. Breui

ter. b. intendit. Sui heredis agnatione et cum post testamentum quis a testatore adoptatur adoptione per quam quis in eius transit potestatem: rumpitur factum solemniter

testamentum. h. d. vsq; ad. §. posteriore. **In glo.** si autem ibi tunc non rumpitur testamentum: et est ratio. propter reliquias iuratis: que erant in filio emancipato: propter quas tolleratur exheredatio in eo ut postea reuertens ad ius iuratis per arrogationem testamentum non rumpatur cum et alias reliquias patris aliquid specialitatis inducant: ut. ff. de quibus. l. vnus. §. seruus. et no. §. de tutel. in fi. **In ea. glo.** ibi aut extraneus emancipatus: dicit q; ratio est huius dicit: q; in tali exheredatio. non sunt aliquae reliquias iuratis. que hanc exheredationem possunt validare.

**Posteriore.** h. d. Secum testamentum. ex quo non potuit adiri hereditas de iure civili. primus rumpit. si tamen hereditas ex eo non accatur. res ad eam intestati deducitur. primo testamento rupto. **Et secundo absque aditione hereditatis effectum non habere valente hoc. d. vsq; ad. §. sed si quis.** **In glo.** hoc est verum in fi. **Die q; ratio diuersitatis est. q; iudex semel iudicauit in causa in qua quo ad illam effectus est priuatus et functus est officio suo. et ideo tanquam priuatus amplius vindicare non potest et ideo secus est in testatore duo vel plura testameta faciente quia per hoc faciendo priuatus non fuit priuatus facultate faciendi sed non vel tertium. ut l. si quis in pri. ff. de le. tertio. **In glo.** no. si considerari i fi. So. non est verum quod minimum perfectum tollat priuatum perfectum nam si testamentum sed in d; tol**

## De inofficioso testa.

lere primum oportet q̄ habeat omnes solemnitates quib⁹ testamentum perficitur. nec imperfectum dicitur q̄ ex eo hereditas non adeatur. ideo non ob. predicta. l. si id qd̄ q̄ ibi loquitur in venditione sc̄da conditionali seu facta sine tutore. que est imperfecta. 2 ideo emptione puram v̄l perfectam etiam auctoritate non tollit. ¶ In glo. que incipit quare non transmittit. in fi. Dic q̄ intelligitur in herede extraneo. secus esset in suo. q̄ hereditas patris fm̄ glo. transmittitur in descendentes suos etiam in extraneos quoscuq̄ fm̄ opi. communem. vt no. C. de his qui ante apertas tabu. l. vnica.

**Sed si quis.** h. d. Sc̄dm̄ testamentum in quo est heres in certis rebus institutus. primum in quo est aliquis vniuersaliter institutus rumpit. potest tamen q̄ dispositum est in primo testamento per sc̄dm̄ confirmari vt per institutum in eo iure fideicommissi debeatur instituto in primo testamento.

**Alio autem.** h. d. Capitis diminutione nō minima testatoris testamentum irritum fit. 2 testamentum iure perfectum quandoq̄ nullum quandoq̄ perfectum ruptum quandoq̄ irritum fit lic̄ in effectu inter ruptum irritum 2 nullū differentia nulla est. 2 cōmodius non est differentias rerum proprijs vocabulis designare q̄ verbis promiscuis. h. d.

**Non tamen.** h. d. Capitis diminutione testamentum irritum factum d̄ iure pretorio conualefcit. si statum pristinum testator mortis tempore recuperauit. 2 voluntas imperfecta perfectas non tollit. 2 que solemniter sunt ligata solemniter debent dissolui. Et qd̄ nullum est tollit qd̄ est aliquod etias si in aliquo imperator fuerit institutus. Et qui vt duriores aduersarium aduersario ipsi constitueret instituit imperatorem iure non testatur Imperatoris quoq̄ persona ius cōmune vendicat. h. d. Baldus.

¶ De inofficioso testamento.

**Via plerunq̄.** Istō p̄ci. h. d.

q̄ Exheredatus a quauis linea vel preteritione materna iniuste. querellam inofficiosi testamenti intentat per quā iudicis officio testamentum rumpitur qd̄ etiam vendicat sibi locum in ascendentes preteritis vel exheredatis iniuste. h. d. vsq̄ ad. §. soror autem. ¶ In glo. que incipit hoc tantū. ibi de exhereda. lib. alleg. 2 melius supra de exhere. lib. §. nostra. sed glo. no. contrarium huic in l. maximum vicium. quā glo. allegat. Glo. illam quidam doc. allegant. nam qd̄ solet dici q̄ sublata est differentia emancipationis 2 patrie potestatis est verum quo ad successionē ab intestato. sed quo ad successiones ex testamento iura antiqua videntur stare. do. Bar. 2 quidam moderni sequuntur istam glo. per tex. in. d. l. maximum vicium. ¶ Ex quo infertur ad. q. difficilem: pater habens filium emancipatus 2 nepotem in potestate retentum nepote preterito filium emancipatus instituit. queritur nunquid eius testamentus sit nullum cum sit preteritus suus heres. s. nepos suus. de iure antiquo non esset dubium q̄ testamentum esset nullū per tex. §. de exhered. lib. §. posthumo. in. v̄si. si filius. do. Bar. determinat contrarium. nam emancipatio nō obest hodie filio emancipato: etiam in successione ex testamento fm̄ hanc glo. 2 similes. vnde nō potest dicere nepos se suū heredem: cum filius precedat eum cui hodie emancipatio non obest. 2 ita determinauit do. Bar. in. l. gallus. in prin. ff. de lib. 2 posthu. ¶ In glo. que incipit. f. est permittus ibi non subijceretur: qd̄ est verus de iure antiquo si miles in patria potestate remanebat: s̄ effectus sui iuris perdebat beneficium inofficose testandi. hodie v̄o nullus filius etiam miles potest inofficose testari. vt no. doc. in. l. si. C. de inoff. testa. 2 dixi supra de mili. testa. §. plane. in glo. que incipit lic̄ quomodo etiam.

**Soror autem.** h. d. Soror 2 frater preteriti 2 turpibus personis institutis querellam inofficiosi testamenti intentant ceteris

## De heredum qua. 2 disse.

attinentibus v̄lra eos: querella non competit. h. d.

**Tam autem.** h. d. intendit. Querella inofficiosi testamenti exheredatario: vel pro exheredato habito non competit: si eis potest aliter subueniri cum in subsidium tantūmodo detur 2 t̄ posthumo q̄ nato olim poterat querella inofficiosi competere. h. d.

**Sed hoc ita.** h. d. Ad excludendum inofficiosi querellam sufficit ex parte habitio qd̄ habiturus ē ab intestato olim hodie v̄o femis vel triens fm̄ numerum quoquo relictū. olim. hodie iure institutionis. si testamentum fiat solemniter relinquatur 2 si minus debita portione relinquatur eidem testamento querellare non poterit: sed agat ad supplementum debite portione. h. d.

**Si tutor.** h. d. Exheredatus approbans testamentum voluntarie agnoscendo qd̄ est in eo dispositum excluditur a querella. secus si necessitate officij ductus hoc faciat. 2 testamentum improbans propter officium sibi incumbens necessitatis. non perdit cōmodum sibi alias ex testamento debitum. h. d. ¶ In gl. que incipit. hodie iure institutionis. Quero quare hodie sit introductum q̄ filius habeat portionem sibi debitam iure institutionis: ne querellaret testamentum. R̄. si. q̄ glo. dicunt q̄ ē factum pro honore filij. nam maior honor ē filio esse institutum: q̄ habere ex legato. Ita. de are. 2 Ly. C. eo. aut. nouissima. dicunt q̄ ratio ē: q̄ plenius ius habet ex institutione: q̄ ex legato: propter ius accrescendi qd̄ habet in testamento etiam ex causa partis: vel rei qd̄ non habet legata r̄. fm̄ q̄ tractatur in. l. quotiens. C. de here. insti. ¶ In glo. v̄l. ibi 2 hec fuit sententia Adar. qui dicebat: q̄ causa debet hodie inferri in exheredatione fienda de ascendentes vel descendentes: non posse habere locum querellam inofficiosi testamenti: q̄ aut causa nō exprimitur. 2 t̄ sic testamentum non valet. 2 sic non expedit querellari: aut cā exprimitur. 2 tunc inconcussum valet cum testator fecit illud qd̄ lex mandat: sed certe Adar. male intellexit. vt sequitur in glo. q̄ quando causa expressa per testatorem nō probatur per heredem: habet locum querella inofficiosi testamenti: ex quo sequitur q̄ hec via hodie non est correcta vt glo. determinat 2 bene. ¶ In eadem glo. ibi de gratis filijs. Dic q̄ tamen reputati fuerunt ingrati per testatores sed probari non potuit per heredes: eos esse ingratos. n̄ si testator reputasset eos gratos non potuisset eos exheredare: cum debeat causam ingratitudinis inferre in testamento. vt in aut. ex causa. C. de lib. preteri. ¶ In eadem glo. ibi ingrati: dic q̄ fuit probatum eos ingratos esse: alias enim pro ingratis non haberentur: q̄ paria sunt non eē vel non apparere. vt. l. i. ff. de contrahenda emptione. hic non sunt alia. Bal.

¶ De heredum qualitate 2 differentia.

**Heredes.** Istud prin. b. intendit. Heredus triplex

b est conditio. 2 seruus necessari⁹ heres dicitur. ideoq̄ institutus a domino status domini etiam iniustus fit heres: in quibus tamen per eum post mortem domini sui: si

separationem impetrauit ab hereditatis creditoribus inquietari non poterit. h. d.

**Si autem.** h. d. Descendens in potestate parentis mortis tempore primo loco existens: suus erit necessarius heres qui suus heres nūcupatur: quia rerum hereditarium parentis: parente superstitite dominus censetur earum solum pro hereditaria positione administratio in eum transit. 2 tamen necessari⁹ ideo dicitur. quia de iure civili etiam fit heres iniustus: lic̄ de iure pretorio habeat beneficium abstinendi. hoc dicit vsq̄ ad. §. sequentē. ¶ In glo. ita vt etiam in fine. tenet ista glo. q̄ si est correctus titulus de coniugē. cum emancipata. liber. q̄ in successione ex testamento non sit differentia inter filium emancipatum 2 in potestate cōstitutum: sicut v̄o. glo. in ti. precedenti. in prima glo. idem no. in. l. j. ff. de comun. cum



coniun. cum emancipa. liber. et l. si. ff. de le. prestan. et in l. si proponas. §. j. ff. de inoffi. testamen. et i autē. ex successione. C. de suis et legi. heredi. licet quidam habeant eam in titu. ad tertul. conco. glo. in autē. de heredi. ab intesta. §. j. et in ti. de contra tabulas quedam glo. videntur innuere eō tran. am tenentes q̄ in successione ab intestato non sit differentia inter eos. sed in causa testamenti differentia est: ita sentit glo. supra de exhered. lib. §. nostra vero. idem in l. gallus. §. et quid si trā. ff. de libe. et posthu. et in l. si filius. ff. de inoffi. testa. et in l. si emancipatus. C. de coll. et Azo. in ipso ti. pro hoc facit tex. in dicta autē. de here. ab intesta. qui si bene inspicitur solum corrigat differentiam emanci. et patrie potestatis. vbi filius emancipatus vult succedere cum suis descendens. de hoc nil ibi dicitur. unde eus hoc casu non mutetur ius antiquum non prohibetur stare vt. l. precipimus. C. de appel. Hic dicitur glo. determinatione die fm do. Bar. q̄ aut filius emancipatus vult ad successionem venire ab intestato. et tunc sine dubio est correctus ti. de coniun. cum emancipatos lib. et admittitur perinde ac si esset in potestate non solum per iura aut. sed etiam per. l. meminimus. C. de suis et legi. her. Idem est etiam si veniat ad rescissionem testamenti per querellam vt contra tabu. nam tunc deducitur res ad causam intestati. Si vero filius emancipatus vult succedere per contra tabu. tunc forte in modo succedendi non esset correctus titulus sed deberet admitti tunc vna cum filio suo. per. d. ti. et hoc est q̄ Ja. de are. dicebat in dicta aut. ex causa. et sic reducuntur ad conco. dicte glo. ¶ In glo. no. filium. melius ponit glo. supra de testa. §. sed si filius. que ponit domesticos. ¶ In glo. ex artificio in fi. et hec est ratio fm dñm Bar. quare exheredatio sit necessaria q̄ cum filius sit dominus rerum paternarum si ipse non instituat vel exheredetur sed instituetur extraneus. q̄ tunc remanet dominus filius duo non possunt eiusdem rei domini in solidum esse. q̄ reperitur dominus filius non poterit institutus admitti. Ad hoc ergo vt dominus extraneus admittatur: est necesse vt filius extra hereditatem ponatur: q̄ sit per exheredationem quo facto: cum non reperitur obstaculum institutus dominus et heres fiet. vt scripsit do. Bar. in l. in suis. in glo. allegata. ¶ In glo. f. liberis. q̄ pretor: in beneficium filij instituit et etiam introduxit q̄ abstinere possit. Et hoc doc. inferunt q̄ vbi cumq̄ non est comodum filij q̄ non presumatur heres beneficium abstinendi nil operatur. sed suus et necessarius heres remanet vt ius comune dicebat. hinc est q̄ existens sui heredis. confirmat tabulas pupillares: etiam absq̄ aliqua additione. vt. l. filius q̄ patri. ff. de vulga. et pupil. et ita confirmat dationem tutoris. vt dicit supra de attil. tu. q̄ hec omnia sunt ad comodum filij. sed in his que possunt contingere in incommodum vt in ualore legatorum. et vt ultra vires hereditarias teneatur. tunc operatur beneficium pretoris q̄ heres non presumatur. nisi se immisceat. beneficium iustitias perdit filius. etiam si de eius comodo tractetur: si habet uulgariter substitutum. ut dicit in prin. item cum habet coheredem extraneum. secus vō si habet suum coheredem. q̄ ille datur ex necessitate. ideo testator: non uidetur recessisse a prouisione l. et hec omnia dicit plenius in materia tutellarum. §. de attil. tu. ¶ Sed quero nunquid sit fundata intentio creditorum hereditarioz contra filium: anteq̄ declararet se vel se immiscere. nisi filius probet se abstinuisse: quidam antiqui dicebant q̄ sic. per dictus Paul: si filius ergo heres. C. de acquir. heredi. l. necessarijs. C. si vt se ab heredi. ab. l. j. Glo. vtrobiq̄ determinat contra. nam cum de incomodo filij tractetur: pretoris beneficium vigorem suum habet. vt nō presumatur adire vel se immiscere nisi hoc declarat nam abstinere dicitur quādiu non probatur imixtio vt gl. hic dicit doc. dubitant de hac. q̄ in. d. l. j. et d. Bar. in d. l. necessarijs dicit q̄ vtrunq̄ potest defendi. nam fuit fundata intentio creditoris qd̄ patet ex presumptione iuris civilis per quā filius est heres re et nomine. vt dixit tex. in l. j. §. qui sunt in potestate. ff. si quis omis. causa testamenti. et i dicta. l. necessarijs. cum similibus. a qua hereditate nō exi-

mitur filius nisi abstineat beneficio pretoris. unde ante abstenionem fundata est intentio creditoris. et ita fundata ē op. prima. licet effectualiter. et ita intelligitur secunda. S̄ pone q̄ filius cuiusdam defuncti in cuius potestate erat in iudicio conuenitur vt filius talis et heres in aliqua parte iudicij: non apparet aliquis actus: per quem appareat filium gessisse vel immiscuisse. nunquid poterit sequi condemnatio contra filium tanquā sit fundata intentio creditoris. ex quo non declarauit se heredem. videtur q̄ sic per predicta docto. determinat contrarium. nam quociens quis ē obligatus. et eius obligatio spectatur vel speratur nouari i conditionis euentum: non potest pendente conditione h̄pe conueniri. vt. l. pecuniam. ff. si certum peta. sed filius ē obligatus creditoribus. propter presumptionem iuris civilis: que facit eum heredem et obligationem nouari: et desinere. et si filius ab hereditate abstineat. ergo interim conueniri effectualiter non poterit. et ideo sis cautus vt facias apponi in processu q̄ filius fecit aliquem actum per quem probetur imixtio: sed si filius esset citatus vt heres et esset contumax. tunc esset probata intentio agentis. q̄ contumax videtur confiteri omnia que proponuntur in iudicio p̄ actorem: maxime ex forma iuris municipalis huius ciuitatis: et etiam de iure ponit. Inno. in. c. preterea. extra de dilati. secus si citatus esset vt filius q̄ non sequitur confiteor me filium. ergo heredem per predicta. et hoc est qd̄ dixit tex. i dicta. l. j. C. si vt se ab heredi. absti. fides veritatis verborum adminicula non desiderat. et glo. in dicta. l. necessarijs que dicit q̄ d. nec filius declarauit se heredem: non est heres quo ad comoda subaudi prouenientia ex hereditate. vt ibi patet do. Baldus.

**Ceteri.** Breuiter. h. d. Quicumq̄ heres in potestate morientis tempore mortis nō existens: etiam si filius sit: extraneus est. Et vt necessarius seruus dicatur heres: expedit vt libertatem et hereditatem ex testamento domini consequatur. h. d.

**In extraneis.** H. d. Heres extraneus vt hereditates sequatur ex testamento domini: debet esse tribus temporibus capax testamenti mortis et additionis. media vero tempora inter pre. h̄ta non reddunt eum ad hereditatem capescendam inhabile. Et capax intelligitur qui sibi vel alij acquirit q̄ uis restari non possit. h. d.

**Extraneis.** H. d. Suis et extraneis hereditatibus competit ius deliberandi ante hereditatem aditam. qua adita repudiare non possunt eandem minoresq̄ beneficio restitutionis in integrum qui aditam hereditatem repudiare potest. daturat excepto. ¶ In glo. no. hic quatuor. et diligenter est aduertendum q̄ si quis errat in causa additionis vel repudiationis puta vt q̄ putet se extraneum. cum filius sit vel econtra non tenet repudiatio vel aditio. vt. l. is qui. ff. de acqui. heredi. et ideo si additione filij familias diceretur talis filius talis. sciens hereditatem dicti patris sibi esse delatam eam adiuit vel repudiavit. non teneret talis aditio vel repudiatio. q̄ erratur in causa cum sit extraneus et se putat suū q̄ indicatur per sup: adicta verba cum hereditas dicatur delata q̄ potest adiri et ad re sit extraneorum. vt hic debes ergo dicere talis filius talis sciens se suum heredem dicti patris sui dicte hereditati se immiscuit vel econtra adiuit non curro. dummodo aliqua verba dicantur per que declaratur istam filium se esse suum heredem sciuisse. sed vbi ex verbis non apparet vt in exemplo prefato. tunc actus viciatur q̄ est notandum valde fm Bar. vt ipse scripsit in dicta. l. is qui. ¶ In glo. sequenti. in fi. oppo. de. l. cum antiquioribus. C. de iure delib. vbi indistincte quis habet annum absq̄ eo q̄ adeat Imperatorem vel iudicem. Solum annum habet a. l. sed si petijt sibi tempus discerni. tūc distinguitur vt hic. ¶ Sed nonne est superfluum petere tempus ex quo quis habet a. l. R̄ h̄deo fm P̄. q̄ poterit esse proficuum petere tempus deliberandi. vtputa q̄ de tpe legali sex vel octo menses transferant. nam tunc habebit maius tempus q̄ sit tempus legale vt recitat Ly. in dicto

§. et hoc quidem. **In glo. allega.** Sed pone statutum est tempus in quo habebat deliberare an velit adire elapsum est tempus intra quod non declarauit vtrum velit adire vel non queritur vtrum nunc habeatur pro adente vel repudiante glo. no. in. l. quadiu. ff. de acqui. here. dicit quod si datus est terminus ad petitionem substituti quod habebitur pro adente aut repudiante prout est sibi magis damnosum. vt. l. de etate. §. qui tacuit. ff. de interrog. act. circa hanc materiam dicunt doc. quod quando aliquis comenitur vt heres et ille dicit volo tempus intra quod hereditatem ad eam vel repudicem debet sibi dari tempus quod datur ad petendum bonorum possessionem in quod est dierum centum in extraneo in suo annus. et si iudex arceat hoc tempus non haberetur pro adente vel repudiante sed talis datio termini est iniuria et posset infringi. ar. l. j. §. largius. ff. de succes. edicto. et vtrobius scripsit Bar. in. §. vit. **In gl. que incipit nisi sit in fi.** per istam glo. dicunt docto. quod si filius habeat vulgariter substitutum cessat ius suitatis et efficitur heres voluntarij nec tunc hereditas habetur pro adita: quo ad aliquem effectum vt dicunt doc. in. l. si filius heres. ff. de lib. et postbu. in. §. si nepos.

**Sciendum.** **Id. d.** Propter grande periculum emergens olim etiam maior. xxx. an. ad eum hereditate subueniebatur: ne ultra vires hereditarias teneatur. **Hodie vero absque dicto remedio per perfectionem solemnem inuentarij fieri per heredem de rebus hereditatis idem beneficium consequitur. hoc dicit.**

**Item extraneis.** **Id. d.** Hereditas nuda voluntate heredis verbis vel facto declarata aditur si heres cum sciat cui succedat mortuum ex testamento vel ab intestato. Et pro herede gerere dicitur qui in rebus hereditarijs se miscet: et dominus heres habetur. hoc dicit. **In glo. oportet tamen glo. ergo tenet quod in aditione hereditatis: vel repudiatione requiratur animi declaratio. glo. in. l. pro herede. §. j. ff. de acquiren. heredi. videtur tenere quod solus animus sufficiat: glo. in. l. gerit. eo. ti. videtur tenere contra et dicit veritatem: quod requiritur qualitercumque declaratum sit: siue verbis siue factis. voluntas autem sola non obligat: que hereditati ultra quam ad eum peruenit: quod nullus ex solo animo obligatur preterquam in republica. vt. l. si rem. §. j. ff. de pollic. et hoc tenet Hosti. et Soff. de voto. et beatus Thomas in secunda parte sui operis. lxxxviii. q.**

**Sicut autem.** **Id. d.** Hereditas nuda voluntate repudiatur: et mutus et surdus naturaliter vel accidentaliter: si per signa discernunt quid agunt possunt se immiscere hereditati: et pro herede hereditatem adire: hoc intendit usque ad finem tituli. **Baldus.**

#### De legatis.

**Est hec.** **Id. d.** Breuiter. Legatum est donatio quedam a defuncto relicta et ab herede prestanda: quod licet olim diuersis verborum solemnitatibus fieret. **Hodie quibuscunque verbis aptis ad legandum absque solemnitate relinquatur.** Pro quo prosequendo prodite sunt tres actiones. **In gl. que incipit. i. per rei vendicatio.** in fine quod est verum nisi legetur per consequentiam. nam tunc non transit dominium a morte legantis recta via. ar. duarum legum simul coniunctarum videlicet. l. j. de serui. leg. ff. coniuncta. l. seruum filij. §. vlti. ff. de lega. primo. **Hoc modo inducendo seruitus directa via transit in legatarium: absque eo quod constituatur ab herede: vt. l. si parte. §. j. ff. quemadmo. serui. amir. et dicta. l. j. ff. de seruitu. lega. si vero per consequentiam seruitus legetur non transit in legatarium donec constituta fuerit per heredem. vt dicta. l. seruum filij. §. vlti. et dicta. l. j. in eodem titulo. **In glo. f. in rebus ibi defuncti.** Inuuit ergo ista glo. quod in legata re non**

possit agere legatarius hypothecaria ad ipsam rem: quia cum iam sit dominus eius: et res sua non possit esse obligata domino. ergo et argu. l. neque pignus. ff. de regu. iuris. **Ly. vero in. l. j. C. communia de lega. dicit quod aut legatarius eligit velle rem legatam: tanquam suam: et tunc non potest agere nisi rei vendicatione. vel act. ex testamento. non autem hypothecaria. si vero eligat rem legatam vt sibi debitam. tunc agere poterit hypothecaria act. ex testamento. et ratio est quia hypothecaria datur sibi ex privilegio speciali: et quod alicui ex privilegio conferuntur non auferunt sibi ius commune vt. l. in bello. §. si quis seruum. ff. de captiuis. **In eadem glo. ibi competunt iste tres acti.** Sed quero quando iste tres actiones competant: nunquid addita hereditate. an ante. **Respondeo** **fm Jaco. de are. quod adita hereditate. et non ante. C. de fideicommiss. aut. hoc amplius: et quod ibi nota. per docto. quod quidam concedunt in omnibus excepta hypothecaria: quam dicit etiam competere ante: quod non est verum fm docto. cum hypothecaria regulatur fm naturam principalis ex testamento. vnde antequam illa competat non competet hypothecaria. personalis autem non competit nisi hereditate adita. cum ante nata non sit. vt. ff. de pignus. l. lex vectigalis. et que res pig. ob. poss. l. vlt. et sic statim sunt illi. qui petunt legatum et non proponunt hereditatem esse aditam: quod tunc non debetur. **Unde sine actione agitur fm Ly. Sed nunquid iste tres acti. possint simul intentari.** **Respondeo non. vt. l. filij. §. varijs. ff. de leg. secundo. poterit tamen intentari actio ex testamento: et hypothecaria sequitur acti. ex testamento tanquam eius spe dissequa pro legato videtur quod non. per. d. §. varijs. Sed fm Jaco. de are. dicit quod olim non competebat. vt ibi. hodie competit vt hic quod sequitur **Id. Ly. vero dicebat: quod olim et hodie competebat. vt. l. creditore. ad finem. ff. de separa. bo. In eadem glo. in fi. inuuit ergo ista glo. quod rei vendicatio non competit legatario: nisi ratione possessionis sed certe imo competit ratione rei: sicut competit. cuiuslibet vero domino. nam illud quod solemnis dicere: quod rei vendicatio non concurret cum actione personali. est verum. si detur de iure commune. secus si datur ex privilegio speciali. sicut legatario competit ex privilegio speciali: et que ex privilegio speciali competunt non auferunt ius commune vt dixi. vnde non est mirum si rei vendicatio non concurrat hic cum actione ex testamento ar. l. in bello. §. si quis seruum. §. allegata h. debet intelligi. quod agit. vt. d. §. varijs.********

**Sed non usque.** **Id. d.** Legatorum et fideicommissorum est eadem natura: licet olim inter ea multiplex differentia esset. **Et natura rei facilius cognoscitur cum datur doctrina separatim: quam quando coniuncti cum alia. b. d. In glo. que incipit quantum ad sententiam in fi. item differt singulare legatum ab vniuersali fideicommissum. quia primum non debetur nisi hereditas sit soluendo. ut infra ad. l. falci. §. cum autem. vniuersale vero debetur sicut vbi heredis institutio: etiam si hereditas non sit soluendo. ff. ad trebel. l. si heres ab eo. item fm quandam glo. que est in. l. cum filio. ff. de lega. primo. dicit quod singulare purum transit ad heredem etiam si restitutum non sit. secus est in vniuersali. quia non transmittitur ad heredem nisi restitutum. sed illa glo. est falsa. continens: quod purum fideicommissum: siue purificandum per eum conditionis transmittitur ad heredem etiam restitutione non facta. vt. l. apud inf. §. vtrius. ff. ad trebel. et est casus in. l. fm volunt. C. de fideicommiss. **Item dicit glo. que est in. l. is cui. C. de accusa. vbi dicitur quod legatum conditionale singulare: ante conditionis euentum non transmittitur ad heredem nisi eius spes. secus in vniuersali cuius spes ante conditionis euentum transmittitur in heredem. l. cum heredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel. et l. cum pater. §. hereditas. ff. de lega. ij.****

**Non solum.** **Id. d.** Etiam rem alienam testator scienter legat: quam heres luere si potest et legatario prestare: vel eius extimationem si como de luere non possit eandem tenebitur. nisi sit talis res legata cuius

ter stipulatur illud quod ad eum non potest pertinere. nisi si vt filio non autem spectat ut ad heredem vt sunt opere lib. que ad extraneos heredes non transeunt. et tunc videtur ut filio stipulari nec inspicitur vtrum sit heres. vel ex parte ut. l. iureiur. §. si liberi. ff. de operis libe. Si vero stipulatur pater filio. id quod potest ad eum pertinere. si heres est. et aliter non et tunc videtur ei stipulari vt heredi et ita loquitur. d. l. auus. quandoque potest pertinere ad filium vt heredem et vt filium. et in hoc dubio presumitur ut heredi stipulari. ita loquitur. d. l. auus. ff. de pactis. fm. doc. et ibi est casus. Et faciunt predicta ibi in ar. ad. q. Pater ab ecclesia recepit rem in emphiteosim pro se et filijs suis an videtur voluisse queri filijs vt heredibus an vt filijs licet in hac acquisitione sit hec dictio. et que huiusmodi distribuere ut. l. ij. §. si ita. ff. de eo quod certo lo. tamen in casu huiusmodi. q. denotat esse successionem. vt primo patri. et deinde eo mortuo filio queratur res emphiteotica vt. l. gallus. §. i. in glo. ff. de liber. et posth. quod tangitur per. l. in. l. liberti liberteque. C. de operis libe. et in casu isto quod resemphiteotica ecclesiastica non transit ad heredem extraneum vt in auc. de non alie. et emphi. §. emphiteosim vero coll. ij. videtur vt filio queretur secus si esset emphiteota priuate persone quod videtur acquirere vt heredi et hec probatur in. d. l. iureiur. §. si liberi. ff. de operis libe. Successive vero quero an pater possit stipulari filio emancipato et illis casibus quibus potest stipulari filio in potestate in eisdem poterit et filio emancipato et ex hac queretur utilis ut in. d. §. si liberti put loquitur i filio emancipato ubi est casus hoc esse verus probatur quod paria sunt aliquid fieri in tempus vel in tempus committere vt. l. quod sponse. C. de donac. ante nup. et l. in tempus. ff. de hered. insti. sed pater potest stipulari filio. in tempus existente sui iuris ut. §. dixi ergo filio sui iuris et ex hac stipulatione queretur utilis si filio in potestate stipulatus fuisset post mortem ipsius patris. Sed an mater possit stipulari filio videtur quod sic. vt. l. publicia. in fi. ff. de positi. cum sua glo. l. y. determinat contrarium per. l. debitor. ff. ad trebell. p. l. gaus. ff. sol. ma. ar. sumpto a speciali nec ob. l. publicia in prin. quod ibi non querit tanquam mater. nam et in casu illo acquireret quicumque extraneus extraneo. Sed an filius emancipatus acquireret patri videtur quod sic cuius pater ei querat vt supra dixi ergo idem contra. doctores dicunt quod non et tigit. l. y. in. l. ij. C. de contrabenda et committen. stipu. et hoc per predictam. l. debitor ad trebell. et ratio diversitatis inter patrem et filium est quod votum parentum est querere filijs et non e converso. ut. l. scripto. ff. vnde liberi. An pater possit acquirere filio monacho doc. determinat. quod sic per. l. iurif. in fi. ff. de operis lib. Sed nunquid aliquis poterit filijs nascituris post mortem suam et quod post mortem suam concipientur acquirere. videtur quod non quod ille nullo modo sunt sibi coniuncti. et ideo non succedunt ab intestato ut in. §. plane. §. de heredi. ab intestato. doc. dicit quod est not. dignum. quod uno potest quis per stipulationem acquirere quod licet non dicantur descendentes quo ad successionem ab intestato tamen quo ad alias acquisitiones fiendas descendentes iudicantur ut. l. paulus. §. paulus. ff. de ope. lib. Sed pone. quod aliqua mater recepit rem in emphiteosim pro se. et filijs nunquid filijs non heredibus poterit ex hoc contractu acquiri. videtur quod non per predicta nisi enim non potest filio stipulari. doc. vero dicunt contrarium et ratio est quod stipulatio interponitur super re que futura est matris. vnde queruntur filio et cuius extraneo etiam si vellet sicut quando interponitur stipulatio siue pactum super re ipsa. vt dicta. l. publicia in prin. et per hoc facit in vltibus feudorum de beneficio feudi semie. c. i. Ad declarationem huius. §. in fi. quod dicitur quod pater intentat fm divisionem et debes scire nunquid pater exercet consensu filij actionem fm divisionem. an vero proprie a veteri. l. cas intentat et dic a lege veteri: ut. l. fi. §. ubi autem. C. de bonis que liberis. Et secundum hoc. querunt glo. et doc. pone quod nisi actioes filij intetar. sed non appet de consensu filij vt teneat caueat filium ratum biturum gl. l. d. §. vbi at qua sequitur. Df.

nt. De. tenet q. si pater. vt leg. timus administrator petit pro filio non satisfabit filium ratum habiturum: presumitur. ergo q. consentire videatur: nisi iusta habeat causam contra. dicitur. l. vt. l. ij. §. voluntate. ff. soluto matrimo. Et vero videtur etiam cautionem de rato. vt patet per eum in dicto. §.

**Item per liberos** Seruus alienus: et homo liber: possessi bona fide. actionem ex re possessio: et ipsorum opera acquirunt. et ex dictis causis usufructuario per usufructuarii suam acquirunt. b. d.

**Communem** Seruus communis actionem acquirunt dominis pro dominica portione. nisi nominatum vni stipuletur. quo casu illi soli acquirunt. b. intendit. Bal.

Quibus modis tollitur obligatio.

**Solutur** Titu. l. prin. Breuius ter. b. intendit. Solu-

tionem eius qd. debetur. omnis tollitur obligatio etiam si aliud pro alio volenti creditori soluitur. Nec interest per quem solutio facta sit. b. d. vsq. ad. §. item per acceptilationem.

Quia dicitur in tex. q. quis potest pro iuro soluere. quero an soluens habeat aliquam actionem contra debitorem pro quo soluit. de hoc sunt glo. contrarie. in l. soluendum ff. de nego. gest. tenet q. sic. et habet actionem negotiorum gestorum. glo. in l. stichum. in fi. ff. de noua. tenet q. nullam habeat glo. in l. solutionis. ff. de solutionib. prudenter distinguit. Aut quis soluit pro inuito. et tunc nullam habet actionem ad repetendum. Aut pro ignorante. et tunc repetit actionem negotiorum gestorum. et ita concordat ille due glo. per illam tertiam. Guil. de achu. tenuit in dicta. l. soluendum glo. positam in ea. pro qua induct. Lat. si quis. §. labeo. ff. de religi. vbi quis soluens inuito herede impensas funeris repetit cas. ab herede facit. l. si quis mancipijs. §. si. ff. de pecul. Preterea non esset equum: q. debitor qui est liberatus per hanc solutionem locupletetur eius iactura solventis. vt. l. nam hoc natura. ff. de condi. inde. Preterea equum est hoc casu vt sit danda. vt. l. quotiens. ff. de prescript. verbis. et hanc opinionem sequitur Ly. in l. si. C. de nego. gest. nec ob. tex. in l. si. quia predicta vera vbi quis prohibitus est gerere negocia aliena et gerat negotiorum gestorum actionem non habet. q. fm hoc cum quis prohibitus est aliquid facere faciendo contra illud delinquit. sicut est arare et seminare terras meas me prohibete. et talis negotiorum gestorum actionem non habet. ita intelligitur. l. si. Aut faciendo contra prohibitiones quis non delinquit. vt quia prohibuisti me creditori tuo soluere. certe soluendo non delinquo. et hoc casu non negatur mihi actio negotiorum gestorum. si pro inuito soluiam. quia tacendo contra prohibitionem non delinquo. sed hec verba Guil. sunt contra casum. l. si pte. ff. mandati. §. Barto. vnde fm eundem Barto. veritas est. q. soluendo pro inuito non datur actio negotiorum gestorum. nec villo alio remedio sibi subuenitur. hoc dicit contra eum pro quo soluitur. et sic intelligitur glo. in dicta. l. si stichum. ff. de noua. in fi. Si vero quis p. ignorante. et tunc actionem negotiorum gestorum agit. contra eum ad recuperandum id quod soluit et ita intelligitur glo. in dicta. l. soluendum. alias male loq. retur. Et predictis patet q. glo. que est in l. solutionis. ff. de solu. que distinguebat inter inuitum. et ignorantem optime locuta est. nec ob. dict. §. labeo quia speciale est ibi in impensa funeris ne defunctus remaneat insepultus. nec ob. dicta. l. si quis mancipijs. §. finali. quia ibi loquitur in seruo. qui potest dominum inuitum obligare de peculio.

In glo. que incipit patet hic. hec glo. tenet q. creditori creditoris mei soluendo liberor ego etiam si soluitur creditori meo. me inuito glo. notat contrarium. in l. si ope. ff. de excep. dol. Circa hoc ergo. cum queritur nunquid soluendo creditori. creditoris mei liberer sic distingue. Aut ego soluo creditori creditoris mei eo inuito. aut ignorate si creditore meo ignorante. tunc aut debitum meum et creditori

mei est ex eadem causa et tunc soluendo creditori creditoris mei liberor ipso iure. vt. l. homo. ff. de nego. gest. Aut ex eadem causa non descendit debitum meum et creditoris mei nec habet res meas obligatas et eidem soluendo liberor ope exceptionis. vt. l. si ope. ff. de excep. do. Si creditore meo inuito soluo pro concordando istas glo. contrarias distingue. Aut creditor creditoris mei habet res obligatas pro credito mei creditoris. et tunc soluendo ei creditore meo inuito liberor. et ita intelligitur hec glo. Aut non habet res meas obligatas creditor creditoris mei pro eo qd. d. sibi creditore meus et soluendo ei inuito creditore meo non liberor. et ita intelligitur glo. que est in dicta. l. ope.

In glo. scilicet fideiussor ibi vel etiam post eam q. hec glo. non bene intelligit quomodo et quando fiat cessio fideiussori soluenti contra reum principalem. Circa hanc materiam vt instruaris plene sic distingue. Cum quis soluit pro alio et petit cessionem sibi fieri. et tunc siue soluat nomine illius contra quem cessionem sibi fieri petit siue illius et alterius et tunc quando cuius fiat cessio siue ante solutionem siue in ipsa solutione siue post est inutilis cum solutione facta per eum sit et sublata obligatio. vt. hic. et. l. papinian. ff. mandati. Aut soluit nomine ipsius solventis tantummodo. et hoc constat. et tunc quando cuius fiat cessio siue ante solutionem siue post incontinenti vel ex interuallo cum pacto vel sine siue in ipsa solutione fiat cessio valet. quia per hanc solutionem non est liberatus principalis. vt. l. stichum. §. si mandato. ff. de sola. Aut ergo quis soluit et est dubium cuius nomine soluit. et tunc subdistingue aut sunt plures obligati aut erat plures quorum vnus erat obligatus alius non. primo casu aut plures sunt obligati principaliter ex eodem contractu. aut accessorie. si plures sunt obligati principaliter eadem specie et ex eodem contractu vel quasi vt plures tutores vel plures coheredes et in istis debet distingui si vnus ipsorum soluat et petat cessionem et fit cessio aut fit antequam soluat vel tempore solutionis vel statim post vel postea ex interuallo posito pacto de cedendo. et tunc valet cessio. et ita intelligitur l. modestinus. ff. de solu. et hec glo. in hoc casu bene dixisset sed intellexit hanc distinctionem fieri in fideiussoribus qd. non est verum vt statim dicam aut cessio ex interuallo fit sine pacto. et non valet quia videtur talis soluere pro totali obligatione. vt. dicta. l. modestinus. in prin. Aut sunt plures obligati dispariter. quia vnus tenetur vna obligatione alius alia vel vnus vno contractu alius alio. et talis presumitur soluere pro obligatione sua et valet statim post solutionem cessio. vt. l. si minores. ff. de administra. tu. et. l. si alterius. ff. de tu. et ro. dif. Secundo casu quando vnus est obligatus principaliter. alius accessorie in dubio obligatus accessorie videtur pro sua obligatione soluere. vt in dicta. l. papinianus. ff. mandati. et ideo etiam cessio ex interuallo sine pacto de cedendo valet. licet gl. alr sentiat et non bene: non enim est liberatus pro solutione fideiussoris facta nomine ipsius fideiussoris vt superius dixi. Aut principalis soluit et ille videtur ob talem obligationem soluere. vt. l. eius quis §. de peculio. ff. de solutio. et tunc non expedit de cessione tractare. Tertio casu quando loquimur in pluribus obligatis accessorie. et in dubio vnus ipsorum soluens. videtur pro sua obligatione soluere. et ideo posset fieri cessio ex interuallo. vt. dicta. l. papinianus. et dicta. l. cum his. ff. de solur. non vis laudo litteram. Quarto casu plures sunt quorum vnus est obligatus alter non. sed ex alia causa solueret. et tunc talis soluens videtur soluere pro sua causa et pro causa ad eum spectante. vt. l. et magis. ff. de solutio. et ideo ex interuallo posset sibi fieri cessio. vt. l. dominus sticho. in prin. ff. de pecul. lega. et. l. si res obligata. in fi. ff. de lega. primo. et hec distinctio colligitur ex dictis docto. in dicta. l. modestinus. ex qua apparet clare. quando fit faciend. cessio. et qui valet vel non. licet glo. circa hanc materiam minus perfecte et non clare loquatur.

**Item per acceptilationes**

Verborum obligatio tollitur per acceptilationem latinis vel grecis verbis intelligibilibus et aptis legitime interpo

## De obligationibus

fitis . alias vō non . qz vnumq̄q̄s dissoluitur eo genere quo ligatur . b . d . ¶ In glo . que incipit scz . que sunt in fi . Distinctionem huius glo . sequitur doc . excepto Ja . de arc . q̄ dicebat q̄ acceptilatio siue peccet in materiā siue in forma q̄d glo . appellat peccatum rei : z peccatum conceptionis si terponitur ab eo cui non est licitum ignorare iura . tunc secus sed cōmuniter doc . sequitur glo . ¶ Quero que est ratio q̄ si acceptilatio peccet ratione rei super qua interponitur . valet vi pacti : sed si peccat ratione cōceptionis nullo modo valet . Respondeo fm̄ doc . q̄ primum peccatum dicitur peccatum materie . scdm̄ vō dicitur peccatum forme q̄d est maius . qz forma dat esse rei . vt . l . iulianus . § . sed . si quis . ff . ad exhi . Et ratio huius rōnis est . qz qui peccat in forma peccat in seipm̄ : peccatum materie est peccatum in alio . hinc ē q̄ magis punitur occidens patrem vel filium q̄ extraneū . vt . ff . de parici . per totum .

**Sed z id quod** . Etiam debetur ob aliam causam q̄ q̄ verbis debetur : potest acceptilatio tolli : dummodo in acquilia nam fuerit stipulationem legitime deductum z acceptilatio fuerit postea subsecuta . b . d .

**Preterea** . Per nouationem que interuenit noue persone factis naturaliter obligate presumitur facta esse . obligatio prima tollitur . b . d .

**Sed si eadem** . Eiusdem persone interuenit se secundo obligantis : nouatio non presumitur : nisi scda obligatio aliquid noui contineat : q̄d prima minime continebat . b . d . ¶ In glo . que incipit hic no . tria in fi . dic̄ clarius fm̄ L . y . q̄ nouum ius circa materiam nouationum nihil imutauit : nisi qz oli facilius nouatio fiebat . l . § . videatur velle : q̄ semper debet exprimi nouationes fieri aliter non presumitur facta : q̄d verum non est . vt per L . y . in . l . fi . C . co . ti .

**Sed cum hoc quidem** . Hodie non presumitur nouatio nisi inter contrahentes specialiter hoc agatur . Et contractus qui consensu contrahitur re nō dum secuta contrario consensu dissoluitur . b . d . vsqz ad fi . ti . ¶ In glo . que incipit scz solo ibi ipso iure : q̄d est verum actione iniuriarum : que datur ad applicandum penam fisco : cum ius fisci ledi non possit pactis priuatorum . vt . l . ius publicum . ff . de pac . Bal .

¶ Explicit liber tertius .

## que ex delicto nascuntur

¶ Incipit Liber quartus .

¶ De obligationibus que ex delicto nascuntur .

### ¶ Am expositū

¶ p . in . B . c . u . r . b . intendit Omnis obligatio ex maleficio proueniens re . i . ex ipso maleficio nascitur . l . § . obligatiōes : que ex factu sūt : quo ad earum originem in quatuor species diuidantur . b . d . vsqz ad . § . furtum .

¶ In glo . sed nonne . in fi . No .

banc glo . que vult q̄ iniuria que fit verbo : dicatur maleficiū concoz . gl . in . l . ex maleficio . ff . de act . z obli . q̄d videtur facere contra quandam determinationem Bar . quā ipse posuit in . l . aut facta . ff . de penis . vbi videtur dicere : q̄ aliud sit maleficio aliud maledictum aliud malefactū aliud male scriptum : propter q̄d instat ad . q . ¶ Statuto cauetur q̄ si aliquis cōmisit maleficio de nocte . puniatur pena dupli . aliquis dixit verba iniuriosa : vel blasphemauit deū de nocte ipse determinat q̄ non debeat duplicari pena cum non videatur cōmisisse maleficio sed maledictus iste gl . faciunt in oppositum : z cum quadam vice practicarez opi . Bar . sūt oppositum mihi tempore sindicatus z vix quasi pro opi . Bar . facit q̄d no . per glo . singularem que est in . l . fi . ff . de preto . sti . super verbo deductur que dicit q̄ iudices semper sequuntur q̄d est minus . nam si in quātitate minus condemnare possum sic . z hoc casu facere potui . z no . per glo . in . l . si quis id q̄d . ff . de iurisd . om . iudi .

**Furtum** . Furtum est cōtractatio proprietatis vel vsus rei aliene fraudulosa inuito domino : animo lucrandi . b . d . ¶ In gl . que incipit hoc exprigitur . in fi . In dubio autem presumitur nolens . vt . l . q̄ vas . § . vetare . ff . de furtis . Sed pone q̄ iudex maleficiorum inquirat contra aliquem de furto venit dominus rei pendente processu coram iudice z fatetur rem contractatam fuisse de eius voluntate . Queritur nunquid per talem confessionem domini tollatur inquisitio . d . Ja . bu . disputauit banc q̄ . z determinauit q̄ sic per talem rationem officium iudicis inquirentis in locum accusatoris succedit . vt . l . prope randum . C . de iudi . in . § . z si quidem . z . l . si ob causam . C . de euic . constat autem q̄ furtum est delictum priuatum . z de priuato delicto nullus accusat nisi iniuriatus inuito eo iniuriato ergo nec iudex qui succedit in locum accusatoris de hoc delicto poterit inquirere domino inuito . Ex quo cōcluditur q̄ confessio domini dicentis furtum cōmisisse suis se de sua voluntate liberat furem . q̄d si esset verum multi fures cuaderent . z ideo . d . Bar . contra do . Ja . determinauit tali ratione . ex maleficio cōmisso per aliquem due oriuntur actiōes . vna rei publice altera parti . vt . l . licitatio . § . q̄d illicite . ff . de publi . z actio que competit rei publice cōmuni competit . z acquiritur sicut per filium patri z per seruum domino queritur . vt . l . veluti . ff . de iusti . z in . z . l . postlimini um . ff . de captiuis . constat autem q̄ confessio filij vel serui circa id quod acquisierunt facta eorum patri vel domino non preiudicat nisi appareat per coniecturas volentes fuisse q̄ talis confessio preiudicet eis . vt . l . quero . in fi . ff . de edil . edicto . z . l . cum probatio . z ibi no . ff . de proba . ergo nec confessio huius domini oberit rei publice . nisi aliter de eius voluntate appareat .

**Furtum** . Furtum dicitur a furuo . i . nigro . vel ab auferendo vel a ferendo . b . d .

**Furtozum** . Furtozum quedam manifesta q̄dam non . z fur dicitur manifestus qui cū re furtiua in loco vbi furatus est reperit vel alibi ante q̄ ad locum detulerit destinatum . Et cognito vno contrariorum : cognoscitur z reliquum . b . d . ¶ In glo . que incipit per hoc in fi . q̄d est verum : nisi fuerit declamatum cōtra eum . nam declamatio contra furem operatur q̄ fur dicitur deprehensus . Et ex hac gl . z . l . de hac materia loquentibus

quentibus: dicitur hoc. q. licet cuiusque capere delinquentem a. i. eo q. licet et capere clericum. absque eo q. quis incidat in exco-  
 catione: dicitur ad hoc capiatur ut dicitur coram iudice suo. arg. huiusmodi. c. dicitur. l. aut pto. s. si debitor. ff. de his que in frau. cred. **I**nter etiam ex p. dicitur: q. licet est cui-  
 cunq; inuare cu qui offendit ne offendat sicut licet cuilibet extraneo ppter res meas apprehendere fure: multo magis ppter psonam debet licere ei me defendere. **I**ste tex. facit ad ea q. dicitur extra de usuris. c. q. uis. l. vj. q. dicitur usura ri manifestus na v. e. usurari manifestus ille q. deprehendit vel ad que fit pelamatio: tñ in dicitur. c. alii determinat q. sit mani-  
 festus: na is dicitur manifestus qui facit peccatum ad mutua-  
 dum cuilibet volenti mutui: licet etiam mutuet in camera. et no videat ad oculum. **C**irca qd vtru quis dicitur manifestus: si no apprehenditur: vel clamet contra cu sic distinguitur: aut q. ratur de manifestis respectu certi et determinati delicti: qd comittit contra vnum vt respectu delicti qd comittit quo ad vnu: vt in furto tñ ille dicitur manifestus qui deprehendit in delicto vel fuit visus vel acclamatus contra eum. arg. l. capite quito. ff. de adulte. si respectu delicti qd comittit quo ad oes vt in meretrice que se prostituit oibus vel usurario q. mu-  
 mat oibus volentibus et hic dicitur manifestus deliquit: etiam si delinquit in camera vbi non videt: dum tamen confide-  
 rationem non habeat discretionem personarum. sed ex-  
 hibeat se oibus vt. l. palam. ff. de ritu. nup. **S**ed que-  
 ro quis dicatur manifestus contumax ex predictis vide-  
 tur q. ille dicatur manifestus contumax qui inuictus dicit co-  
 ram nuncio se noventurum coram iudice. na cu nuncius appre-  
 hendat eu in contumacia: vt per predicta verba colligit: ma-  
 nifestus contumax dicitur. et sic no. manifestus contumace. Jo.  
 in. in cle. si ante. d. dolo et cotu. l. glo. fi. Quod facit p. cotu-  
 tutioe. qua cauetur q. nullus contumax manifestus possit ap-  
 pellare: na citatus psonaliter qui nihil dicit: no dicit mani-  
 festus contumax: licet dicitur verus et longissima differentia est  
 inter verum manifestum et fictum contumace.

**Conceptum.** Olim conceptum et oblatum erat spes furti et concepti fur-  
 ti ille dicebat teneri penes que res furtiua dimittebat. b. d.

**Est etiam.** Prohibiti actioe tenet: q. re fur-  
 tiua querere pntibus testibus pbi-  
 buit. Furti vo no exhibit tenet qui re furtiua penes ipsius  
 inueta no exhibit: que furti spes in visu esse desierit. b. d.

**Lumen enim.** Essante ca cessat effectus ce-  
 lans rem furtiua: scienter furti  
 no manifesti tenet. hoc dicit.

**Pena.** Furti manifesti pena e quadrupli: furti no  
 manifesti dupli: qua. l. xij. tabu. i. dicit. b. d.

**Furtum.** Contractatio rei aliene iusto dno furti  
 actione parit: contractas vo re qua  
 tractare credit pbabiliter dñi volutate furti no tenet. b. d.

**In si. glo. quid si credit in si.** Sed querit quare no cre-  
 ditur indistincte dicit se credidisse dominum permissu: que  
 credulitas q. constat in animo pbatur p simplicem assertionem  
 dicentis cu iuramento. vt p. 3. et no. infra de act. s. alie. **R**ideo  
 q. iste credidit aliquid qd est de genere pbibitoriu et q. b. p-  
 presumptione iuris contra se que est q. semp dñs presumit  
 inuitis vt. l. qui vas. s. vetare. ff. de fur. **S**ed quo pbabi-  
 tur. q. iste stulte no crediderit dominum pmisurum. **R**espo-  
 deo faciliter: si res fuit primo penes eu ex domini volutate  
 et pmisione. pbado q. dñs scivit re sua tractari ad aliu vnu  
 et dñs sit amicus contractantis vel sit psona que solet cedere  
 re talia cuilibet vel dñi erat attinens vel similia.

**Sed et si.** Contractas rem dno volente. licet cre-  
 dat dñs iustu furti no tenet. b. d. nisi  
 in casu vno. **I**n glo. q. incipit vt furti actio. **E**x hac glo.  
 coniuncto tex. inserit doc. positionibus quibus de iure civili  
 est respondendum. no debeat rñderi q. credit vel no credit. s. p-  
 per verba simpliciter affirmatiua vel negatiua. cu creduli-  
 tas no faciat re esse vel no esse. sed veritas vt hic p. **C**us  
 querit quo quis ex delicto no puniat plenissime distingue.  
 Aut quis non cogitat delinquere nec agit nec pfit. Aut  
 cogitat. sed no agit nec pfit. Aut cogitat et agit sed no pfi-

cit. Aut agit et pfit sed no cogitat. **P**rimo casu et talis no  
 est puniendus ex delicto regulariter. q. pene siue actores  
 debet tenere vt. l. sancimus. C. de penis fallit hec regula in  
 crimine lese maiestatis. vt. l. q. s. C. ad. l. iul. maiest. et in. l.  
 ij. C. de lib. et coru lib. et est ibi ratio fallendi: ppter quondam  
 immediatam rationem. **I**tes fallit fm quosdam in principio. in  
 quo q. puniatur: licet no agit nec cogitat nec pfiat vt. l. vi-  
 ti. C. de p. nupil. lib. xij. sed ibi no est p. p. delictu s. Ja.  
 de ra. et id illa. l. no facit ad materia et hec sunt vera q. tu ad  
 puniendum psonam. **S**ed quo quis puniat in bonis ex deli-  
 cto alterius delinquentis no est materia nostra. s. de eis tra-  
 ctatur in. l. j. s. fratris. ff. si q. aliquem testa. p. obi. et in aut. vt  
 nulli iudici. s. fi. et hec de primo mebro. **S**ecundo vo casu  
 quando tm cogitat. et no agit nec pfit tunc iure no puni vt  
 l. cogitatio. ff. de penis. iure tame poli bene ibi puni vt  
 l. j. in fi. et qd ibi solet dici. ff. de iusticia et iure. et hoc de secu-  
 do mebro. **T**ertio casu scilicet quando cogitat et agit. sed no  
 pfit. tunc aut querit de actione civili dada. Aut de actio-  
 ne criminali dada. **P**rimo casu civilis actio no dat regu-  
 lariter. vt. ff. de fur. l. vulgaris. s. q. furti et hoc. s. nisi delictu  
 facile traseat in exemplum vt hic et. l. si q. seruo. C. e. Fallit et  
 am in. l. j. s. psuadere. ff. de seruo corrup. **S**ecundo casu. s.  
 quando querimus de actione dada in criminali. tunc aut q. r-  
 mus de puniendo delicto. qd facere cogitauit. Aut de pu-  
 niendo q. accessorie fecit. **S**ecundo casu quando tractat de  
 puniendo delicto qd fecit accessorie. vt puta quida volens fura-  
 ri rupit hostia et domum introuit et tamen furatus no est certe  
 punitur de fractura hostij et introitu domus qd pfitur acces-  
 sorie. s. volens furari cu quo ad ista accessoria pfit et ita itel-  
 ligitur. ff. de effractoribus p. toru. **A**ut querimus de deli-  
 cto puniendo q. principaliter facere cogitauit. puta q. vele-  
 bat rapere moniale vl comittere homicidium et hostia fregit  
 vel cu cultello infecutus est. et tunc subdistingue fm Ja. de  
 ra. et **P**o. **A**ut querit de puniendo actu primo delicto qd  
 facere cogitauit aut de puniendo actu remoto. si de punien-  
 do actu remoto. **V**erbi gratia q. iuit cu cultello. et isto casu  
 no puni principaliter de intetato. s. alias pena dicte. l. co-  
 gitationis. **S**i vo pcessit ad actu primu. et tunc no psumit  
 aut q. noluit aut q. no potuit. si q. noluit et tunc no puni vt  
 l. qui fallis. ff. de fal. Fallit fm quosdam vt. l. j. s. remouet. ff.  
 de postul. sed certe ibi loquit in consummato delicto. **I**te fal-  
 lit fm quosdam in. l. j. in fi. ff. q. q. iuris. s. certe ibi no fal-  
 lit fm **P**o. q. ibi puni quis no principaliter. s. p. modum  
 recopensationis vel fm Ja. de are. ibi no in delicto. na im-  
 petrare ius iniquu est a iure pmisum. ergo delictu no e quia  
 delicta no sortiunt iuris effectum vt. l. no dubius. C. de legi.  
 Si no pfit q. no potuit et tunc aut ipedimento iuris aut ipe-  
 dimeto facti primo casu no puni perinde ac si pcessisset vt  
 linter oes. s. j. ff. de fur. **S**ecundo casu quando fuit ipedito sa-  
 et ipedimento. fm comune opi. perinde puni ac si pcessisset  
 vt. l. si q. no dicat rapere. C. de epis et cle. l. is qui cum telo.  
 C. de siccar. et hoc sequit **P**o. et **J**ac. de ra. **A**lij dicunt q.  
 hoc casu miti punit ar. l. j. ff. de extraordi. criminib.  
**E**t hac seqt **E**y. tñ equiore et h de tertio mebro: licet d. h  
 mebro soleat glo. distinguere inter atrociora. et no atrocio-  
 ra crimina. **D**e quarto casu quando agit et pfit. s. no cogi-  
 tat et tunc aut hoc cotingit casu aut culpa. si casu tunc aut cul-  
 pa pcessit et puniatur ac si cogitasset. vt. l. filiu. s. stipula-  
 tio. ff. de da. infec. **S**i vo no pcessit culpa. tunc in nihilum  
 puni vt. l. respiciendu. s. delinquit. ff. de penis. **A**ut q. de  
 linquit culpa licet no cogitauit delinquere et tunc aut ex cul-  
 pa leuissima aut leui aut lata si ex lata culpa tunc puni s. mi-  
 tius qua si ex dolo vt. l. in lege. ff. de sicarijs. **A**ut ex leui  
 culpa. et tunc puni s. adhuc mitius vt. l. qd calore. ff. de reg.  
 iur. si ex leuissima tunc adhuc magis miti. **S**cias tame q. ex  
 leui et leuissima culpa quis no puniatur crim inaliter. sed ci-  
 uiliter tm vt. d. l. data et qd ibi no. **E**y. C. qui accus. no pos.  
 et hoc de ultimo mebro.

**Interdum.** Liberi hois. Et et rei p. p. fur-  
 tu no fit. b. d. **I**n glo. q. inci-  
 pit no rone ibi no ciuilitate glo. not. cotrariu et melius in. l.  
 eum qui. s. si filius. ff. de fur. et notabilis fuit hec glo. ex co  
 110

## De obligationibus

q̄ pater nō habet directū dominū in filio. 7 id deficit vntz principū essentialē facti: s; licz nō sit dominus est quasi do minus. 7 id rei vendicatōe agit vt. l. j. §. p. hāc. ff. de rei ven. Sed si agit ciuilit̄. ad qd̄ ergo agit dicit glo. l. i. vt tñ. §. j. ff. de seruo corrup. q; pater iurabit p̄ quāto nollet caruilē se filio suo tot diebus 7 istud duplicabitur vel quadrupli cabitur s̄m q; furtū ē manifestū vel nō manifestū glo. in. d. §. si filius reprob̄at hāc opi. qz in extimatiōe nō venit exti matio affectiōis 7 vera opi. ē q; pater iurabit 2c. 7 hoc sequi tur l. y. in. l. si quis seruo. C. eodē.

**Interdum.** Nō solū principalis furtū com mittēs: sed etiā opē prestās fur ti tenet 7 q; p̄ lasciuā nō vt furtū cōmittat furto p̄stat opem nō obligat furti. b. d. Cōtra istū. §. opponitur q; p̄stans opē furto manifesto debeat teneri in quadruplū: qz opē pre stans maleficio puniē ex verbis legis: sicut 7 maleficiū cō mittēs vt. l. hęc verba. ff. de adulte. Solutio aut verba que puniūt principaliter delinquētē sunt scripta in rē: vt qz sta tutū vel. l. dicit q; p̄ homicidio puniāt qz in centū: 7 tūc pa riter cōmittens maleficiū 7 opē prestās cōprehēdit vt. d. l. hęc verba. Aut lex puniēs maleficiū ē scripta in p̄sonā vt qz dicit qz qz cōmiserit maleficiū puniāt in centū. 7 tūc opē prestās nō puniē ex verbis. l. 7 sic est hic nā p̄tor furē ma nifestū puniē. 7 sic loquit̄ p̄sonaliter. s; prestās opē furto ma nifesto nō est fur manifestus: imo nec manifestus. licz furti nec manifesti puniāt: nā nō contractat rē. 7 id fur dicit nō po test: id nō ob. d. l. hęc verba. Quod facit ad statutū vtrum comprehendat mandantem vel opē ferentē cū disponit de aliquo negotio: nā debes videre: an verba sint scripta in rē 7 tūc cōprehēdātur an in p̄sonā 7 tūc nō comprehendūt qz verba in p̄sonā scripta cōprehēdūt ex interpretatione mādatē vel opem ferentem vt. l. j. §. de iur. ff. de vi 7 vi ar. que interpretatio nō cadit in statutis. Sed quero an de iure cōmuni opē p̄stans puniāt eadem pena qua principa lis Dy. cōsuluit q; puniāt media pena p. l. is qui opē. ff. de fur. s; ipse dicit cōtra casum. l. nihil interest. ff. de fideiarijs 7. l. is cuius pc. ff. de adul. p̄terea pone q; prestās opē pre stet furi nō manifesto nō ē dubiū q; puniatur eadē pena qua principalis vt. l. sepe in fi. ff. de verbor. signi. dñs Ray. de solutio dicebat q; aut agit ciuilit̄ cōtra prestātē opē 7 tūc puniatur media pena vt. l. is q. ff. e. Aut agit criminaliter. 7 tūc eadē pena puniē vt in iuribus allegatis supra p. l. que qz. C. de epis 7 cle. sed nec ipse intellexit bene dicit. l. sepe in fi. 7 in exēplū supra posito de prestāte opē furto nō manife sto veritas est s̄m Bar. q; regulariter prestās opem tenea tur eadē pena qua principalis hęc regula fallit vbi. l. alit̄ di sponit vt. l. j. C. de nili. aggeri. nō rumpē. vbi l. y. hanc. q. ponit 7. l. j. C. de rap. vir. p̄terea fallit vbi qualitas diuersi ficatur in p̄sonis delinquētis 7 opem p̄stantis cū limitatio ne quā statim dicā. Ad cuius euidētiam ē sciendū q; quā doqz eadē qualitates sūt in p̄sona delinquētis 7 p̄stātis: opē quādoqz qualitates diuersificānt qñ qualitates sūt eadem oīno tūc habet locū qd̄. s. dixi sed quādo diuersificānt: tūc qualitates quedā sunt p̄sona delinquētis 7 opē p̄stātis p̄ter p̄positū 7 naturā delicti. Verbi gratia in furto q; qz de p̄chēdatur cū re furtiua ē extra p̄positū delinquētis: 7 tunc puniē s̄m qualitatē que ē illi p̄sona 7 ē fur manifestus p̄ter hāc qualitatē qz deprehēsus tenet in quadruplū que quali tas nō ē in ipō prestāte 7 ideo tenet in duplū. Pone etiā q; negās maleficiū puniāt in quarto plus cōmittēs negauit certe p̄pter istā qualitatē que inest p̄ter p̄positū delinquen tis 7 ex post facto puniē in plus q; opē prestās. Quedā sūt qualitates que insūt respectu p̄sona in qua delinquitur ex post facto. Verbi gratia dedi tibi opē 7 consiliū vt offende res Ticiū de die vel Ticiū priuatū tu offendisti eū de no cte vel factū de prioribus qd̄ ē maior pena certe hoc casu ē dubiū 7 cōsistit dubiū in hoc qñ obliget opē prestās vtrum tūc cū opē p̄stāt. an tūc cū delictū perficit: 7 veritas ē q; ob ligatur sequuto delicto. ita sentit glo. infra posita in. §. se. in glo. cū 7 alias ibi. R̄sideo qz hic agit q; probat in. l. si quis p̄ori. §. neqz verbo. ff. de furtis. 7 no. in. l. j. §. p̄suadere. ff. de seruo corrup. Ex quo sequitur q; opē prestās. tunc puniē

## Que ex delicto nascuntur

s̄m qualitates q; insūt delicto tpe quo perficit p̄ iura p̄dicta C̄ Ex hocqz inferi ad. q. q; p̄dicū fuit de facto aliq; foren sis existēs in hoc territorio mādatū gbuscā vt off. n̄derēt quendā extra istud territorū qd̄ factū ē queritur qz puniet hunc mādatē. Ex p̄dictis determināt doc. q; in d̄er ter ritorio vbi ille fuit offensus: nō autē vbi mandatū fuit illum offendi. licz p̄nunciatū fuerit oppositum 7 male vtputo 7 b̄ de qualitatib; q; insūt p̄sona offense. Si vō sit qualitas que insūt p̄sona offendētī ab initio q; non inest in p̄sona opem p̄ stantis vel ecōuerso vt qz offendēs erat pater 7 q; mādat h̄ lium occidi erat extraneus vel ecōtra: tūc quilibet eoz tene tur 7 puniē s; hanc qualitatē 7 sic erit reperire q; plus pu nitur opem prestās q; si principaliter delinqueret. vt. l. vtrum. ff. de parricidija.

**Opē 7 consiliū.** Opē 7 cōsiliū dicitur sic ri furtū: cū quid sit p̄ qd̄ is cui prestās habilius furtū cōmittit 7 solum cōsiliū furto prestās nō obligatur furti vbi alias facturus non erat. b. d. C̄ In glo. que incipit cū 7 alias ibi. Respondeo qz hic agi tur. Nota istā glo. que vult q; consiliū 7 opem p̄stans ma leficio: tūc incipit teneri quādo maleficiū ē secutus. Quod facit ad. q. de eo q; existēs in vno territorio mādatū malefi cium cōmitti in alio p̄ que iudicē puniāt de quo supra in. §. p̄cedētī dixi. C̄ Itē tenet glo. q; de solo cōsiliū nō tenea tur nisi delinquēs alias facturus nō erat glo. not. idem in. l. j. §. persuadere. ff. de seruo corrup. 7 in. l. sepe. ff. de ver. sig. glo. no. cōtrariū q; de consilio quis nō teneat indistincte si ue qz erat alias facturus siue nō in. l. nō solū. §. si mandato ff. de iniurijs 7 Dy. sequit̄ eam in. c. nullus plurib; extra. de reg. iur. li. vj. sed hęc glo. 7 alie similes que distinguūt vtrū quis esset alias facturus vel nō: nō placēt. Bar. s; ipse sequit̄ opi. Dy. q; indistincte dōns consiliū teneat s; ne scio quomodo posset r̄nderi ad istum ter. tenēdo hanc opi. vnde quedā glo. in. d. §. si mandato mirabiliter distinguit. Aut dedit consiliū maleficio qd̄ cōmittit in rē. 7 tūc di stinguitur s̄m hāc glo. an erat alias facturus vel nō. Aut p̄ statur consiliū maleficio qd̄ cōmittit in personam 7 tunc indistincte tenet vt in alle. glo. rationem facit qz maius ē de lictū quod sit in personā q; in rebus cū persone sint ceteris rebus p̄ferēde vt. l. fi. C. de sacro san. eccle. 7 ista opi. vi detur magis de mēte ter. licz. d. Bar. eam nō approbet. s; tenet opi. Dy. hac ratione dare consiliū ē p̄bere opem vt. l. qui seruo. §. plus pomponius. ff. e. ti. sed in p̄stante opes sine dubio nō distinguit: ergo nec in p̄stante consiliū. Quero p̄suasi cuiā vt cōmittat maleficiū quid habeo fa cere ad hoc vt nō teneat. Respondeo in mādatē nō ē du bium: q; re integra p̄ solā reuocationē mandatū reuocatur 7 liberatur vt supra mandatū. §. si ad huc. sed in persuadēte dicit̄ doc. q; debet p̄suadere cōtrariū q; maleficiū nō cō mittat intētātū 7 taliter q; certus sit q; amodo ille nō delin quat: alias d; denūciare. 7 protestari ei q; debet offendi q; si bi p̄caueat a tali q; vult eū offendere 7 si hoc nō faciat te nebitur: ita tenet Inno. extra. de homici. c. ad audientiam quod est notandum.

**Hi qui.** Serui 7 filij subtrahētēs dominis 7 patri bus furtū faciūt: s; furti nō tenentur. b. d. C̄ Oppo. q; prestās opē filio nō possit cōueniri furti: cum nō possit esse plus in accessio: io q; in principali. vt supra. de fideiū. §. fideiūssor sed opē prestās tenet accessorie. qz nō obligat nisi secuto delicto. vt in. §. p̄cedētī notat glo. er go si p̄cipalis delinquēs nō tenetur ergo nec accessorius. So. opē p̄stās accessorie tenet. i. factū suū accedit facto de linquētis: vñ si non sequat delictū nō tenet. ita intelligit. l. qui seruo. §. plus pomp. ff. e. nō autē accedit obligatio obli gationi. ideo non obest. oppositio.

**Furti autem.** Actio furti dat̄ ei cui 7 ex ho nestā cā interest. licz domi nus nō sit 7 interest creditoris potius pignori incubere q; in personam agere. hoc dicit.

**Sulloni.** Sulloni datur actio furti. si soluendo sit alias domino competit. Quis sit p parte soluēdo. hoc dicit.

Que de

**Que de fullone.** Licet olim comoda  
erit furti agebat: hodie tamen dominus eligat vtrū contra  
comodatarium velit agere vel contra furem: vno electo p̄ cō  
testationē lit. q̄tra. aliu regressu denegat omnino. hoc dicit.

**Sin. autem.** dominus sciens agēs cōtra cō  
modatariū sibi p̄iudicat in actio  
ne furti. fecit si ignorās. nisi p̄ re cōmodata sit sibi satisfactus  
quo casu fur a dño liberat omnino: quēadmodū deposita  
rii actioe directa p̄ dominū cōtra furem liberat: siue p̄  
te siue insoludum sit soluēdo. h. d.

**Sedis.** Depositarū de dolo tenet et furti si agit:  
q̄ sua nō interest. hoc dicit.

**In summa.** Impubes proximus pubertati furti  
tenetur. hoc dicit.

**Furti actio.** Totū id quod venit in actione  
furti est pena. pro re vō furtiua p̄  
sequēda datur rei v̄dicatio cōtra quēlibet possessōrē: et furti  
ua cōditio: nisi cōtra furem vel eius heredē licet nō possideat  
intentatur. hoc dicit Baldus.

De vi bonoz raptorum.

**Vires.** Raptor rei mobilis etiā  
furti tenet. et vi bonoz ra  
ptorum actione q̄ intra annum in quadru  
plum: post annū in simplum cōpetit. p̄ vna  
re tñ etiā dari pot̄ et nullus ē improbiō: fur  
q̄ qui vi rapit. h. d. In glo. q̄ incipit. f.

nō manifesti ibi q̄ actio si fuerit actū. Juxta hāc glo. quero.  
Done q̄ p̄ aliquo maleficio ex. l. municipali imponit cer  
ta pena. ex. l. cōi imponit maior pena. ē facta executio vigo  
re. l. municipalis: nūquid poterit agi ex. l. cōi in id qd̄ exce  
dit. Ita glo. facit in argumētū q̄ sic. ad idē facit. l. j. C. eo.  
vbi B. y. facit hāc. q. l. y. posuit cā in. l. qui sepulera. C. de  
sepulcro vio. bec. q. h. duo puncta. Primum nūquid. l. no  
ua tollat. l. antiquā. Secūdu ē si nō tollit vtrū facta exactio  
ne ex vna possit agi ex alia ad id qd̄ excedit clarius exēplifi  
ca. l. cōis. p̄ homicidio quādoq; imponit penā mortis quā  
doq; publicationē bonoz: lex municipalis imponit p̄ homi  
cidio penā quinquaginta lib: az nūqd. l. municipalis tollat  
l. cōmunē ita q̄ ammodo p̄ homicidio nō possit. q. l. cor  
de siccar. et si nō tollit: nūqd̄ facta exactione ex. l. municipa  
li poterit agi ex. l. cor. de siccar. ad id qd̄ plus ē in ea. Ad p̄  
mum videt q̄. l. noua tollat. l. antiquā p. l. qui cū vno. §. qui  
post. ff. de re mili. facit. ff. ad. l. acquil. vbi. Lacquila deroga  
uit oibus legibus antiquis de materia dāni infecti loquēti  
bus: veritas est in cōtrariū p. l. quēcūq; ff. de actio. et obli.  
et facit. l. fi. C. de nouat. nō enīz presumit esse recessū per. l.  
vñ ab alia nisi exprimat expresse vel tacite p̄ aliquas cōie  
cturas: vt est in aliquibus ciuitatibus vbi sunt aliqua statuta  
q̄ vbi nō ē pena determinata a statuto: p̄ceditur de simili  
bus ad similia et vbi simile nō reperit imponit pena iuris  
cōmunis: nam in subsidiū videt velle q̄ pena iuris cōmunis  
vendicat sibi locū. pro hoc facti. l. iij. ff. de adimē. leg. et qd̄  
no. in. l. ij. C. de noua. Et ex quo nō ē actū tacite vel expres  
se. q̄ recedat. a. l. antiqua an agatur ad id plus qd̄ ē ea. Re  
spondeo q̄ nō vt in. l. p̄tor. edixit. ff. de iur. in. §. j. et in h  
oīs concordant nec ob. l. j. ff. vi bo. rap. nec bec glo. q̄ sup̄  
dicta determinatio p̄cedit vbi pena noue. l. et antique cōpe  
tit ad vindictā: cōtraria loquūt vbi rem familiarē pena. l.  
antique et noue p̄sequitur.

**Quadruplum.** In actione vi bonoz  
raptorū: vñ simplū est  
rei p̄secutio: tres vō partes sunt pena. licet in furto totus du  
plum vel quadruplū pena sit. h. d.

**Qui tamen.** Vi bonoz raptorū actio cōpe  
tit p̄ violētia dolo malo adhibi  
ta. secus si q̄ bona fide re suā rapiat. Raptor tamen talis si  
dñs est cadit a dominio rei nō dominus re raptā et extima  
tionem ipsius restituit qd̄ vendicat sibi locum siue fuerit  
res mobilis siue non. h. d.

**Sane.** Vi bonoz raptorū agit hñs ius in re. vel  
ad re: dūtamē sua interfit et vbi cūq; re clas

furrepta dare actio furti pro ea violēter rapta dabit vi bo  
no: um raptorū. h. d. vsq; ad fi. ti. Baldus.

De lege aquilia.

**Anni.** Istud prin. breuiter. h. d.  
Primo capite. l. acqlie te  
netur alienū seruū vel quadrupedē q̄ pe  
cudū iūero contineat occidēs iniuria ad  
extimationē rei occise quāti plurimi fuerit  
eo anno et appellatione pecudis domesti  
ca quadrupes: q̄ gregarium pascat centines. h. d.

**Iniuria.** Duo ad alia iniuria dē occidisse q̄ do  
lum vel culpā cōmisit occidēdo qm̄ in. l.  
acqlia leuissima culpa venit: casus vō occidētē excusat. h. d.

**Is autem.** Acqlie actio est penalis et apta est  
dari in plusq̄ damnum sit datū et qz  
penalis est. ideo nō transit. h. d.

**Illud.** In. l. acqlia ex interpretatione venit dānus  
q̄ qz incurrit cōsequēter ex occisione sui vel  
pecudis. h. d. In glo. q̄ incipit facit ar. cōtra in fi. So.  
ibi nō fecit quis quod debebat facere: hic autem fecit quod  
facere nō deb: bat: vñ plus delinquit et plus punitur. arg. l.  
si mo: a. ff. sol. matr.

**Liberum.** Pro seruo occiso pot̄ agi ciuilitur  
l. acqlia et criminaliter comelia de  
siccar: et vna terminata pot̄ alterā intentare. h. d.

**Capite.** Capite tertio. l. acqlie actio: cōpetit et p̄  
alio dāno q̄ mortis illatione et pro omni  
re in qua dānum iniuria datum sit. h. d.

**Illud palam.** Ex tertio capite. l. acqlie  
agit ad id qd̄ res plurimi fu  
it. primis. xxx. diebus. licet de hac dictōe plurimi in tertio  
capite dicte. l. mēto facta nō fuerit. qz que in precedenti  
bus dicuntur vidētur in sequētib; repetita. h. d.

**Eterum.** Acqlie actio directa cōpetit cū de  
corpore in corpus iniuria dāni da  
tur: sed vbi de nō corpore in corpus vel econtra vtilis acqui  
lia locum habebit. h. d.

**Sed si non.** Si dānum datur de nō corpo  
re in nō corpus: actio in factum  
vendicat sibi locū cessante aquilia tā vtili q̄ directa. h. d.  
vsq; ad fi. ti. Bal. In. §. illud palā supra. c. In glo.  
que enī in fi. Circa materiā huius glo. vtrū ea que in p̄ce  
dentibus dicūtur credātur in sequētib; repetita. sic disti  
gue plenissime. Aut est vna lex habēs plura capitula. aut  
sunt plures separate. l. primo casu aut querimus de his q̄  
spectāt ad facti narrationē aut de his q̄ spectāt ad iuris di  
spositionē. Primum casu aut illa plura capitula inseruntur  
sub eadē ratione aut sub diuersis: si sub diuersis et tūc nō in  
telligūtur repetita que in p̄cedētib; dicta sunt. vñ. l. ij.  
in prin. cōiuncta. l. iij. §. critiq; ff. vi. bo. rap. Aut inserūtur  
sub eadē rōne et tūc in p̄cedētib; dicta videntur in sequētib;  
repetita vt. l. iij. §. aut p̄tor. ff. de incend. rui. naufra. et. l. se  
pe. §. gaie. ff. de fide instr. Si queris de his q̄ spectāt ad  
iuris dispositionē. tunc aut dicta in sequētib; exorbitāt a  
iure cōi aut cū iur cōi q̄ cordāt. p̄lo casu nō intelligūt repeti  
ta vt. l. p̄tor. §. vto. ff. de lega. iij. et no. in glo. l. talis scri  
ptura. ff. de lega. j. Quod facit ad. q. disputatā per. do.  
Ja. de bel. Statutū est habēs plura capitula. in quozū vno  
cauetur q̄ locum habeat in p̄sentibus p̄teritis et futuris  
hoc exorbitat a iure cōmuni. vt. l. leges. C. de legi. nam de  
natura. l. est dare formā futuris negociis. nūquid bec clau  
sula intelligetur repetita in alijs capitulis certe nō per p̄ce  
dicta facit. c. qz ea extra de reg. iur. li. vj. quod posuit Jac.  
de bel. in auc. et cū de appel. cog. §. ad bec aliud circa prin.  
Si vō a iure cōmuni nō exorbitāt. tunc aut queris vtrū in  
telligūtur repetita in sequētib; capitulis proximis. et di  
co q̄ sic vt. l. quemadmodū in fi. et. l. mariti. §. quinquēniū  
ff. de adul. et hic aut queris an intelligātur repetita in capi  
tulis sequentibus distātibus quibus sunt inter ea capitula  
media extranea. et dico q̄ nō intelliguntur repetita vt supra  
de rerum diui. §. item lapilli et ibi not. quod tamen intelli  
ge vt statim dicā de diuersis legibus separatis. Secūdo

## De lege aquilia

casu principali quando sunt plures. l. vel plura statuta. et q̄rimus vtrū dicta in vno videantur repetita in alio: aut vna. l. vel statutū. pcedit p̄ modū regule et illud videtur in alijs. l. vel statutis repetitū vt pone statuto cauetur q̄ simulatis cōtractibus fides nō adhibeat: et etiā simulatis instrumētis. Alio vō cauet q̄ cōtra instrumēta nō opponatur nisi exēptiones falsitatis vel solutionis et pacti nūquid poterit opponi exēptio simulationis certe sic q̄ statutū de simulatione loquēs traditur p̄ modū regule. pro hoc facit. l. ij. C. de sen. ex pericul. reci. cōiuncta. Lex vno quoq̄. ff. de re iudic. vbi p̄ modū regule tradidit q̄ in vnoquoq̄ negotio in quo ps leditur vel ledi possit citari debeat supuenit postea dicta. l. ij. que introduxit modū quo sentētia feratur nec adijcit q̄ ps debeat citari certe citāda erit q̄. d. l. de vnoquoq̄ tradit per modū regule id videtur repetita i. d. l. ij. facit. l. regula circa si. ff. de iur. et facti igno. Aut vna. l. venit ad interpretationē alterius. et tūc oīa que dicuntur in. l. interpretata intelliguntur repetita in. l. interpretante vt. l. j. ff. de coniung. cū emācip. lib. et in autē. de fil. an. dot. instru. na. si vō nō venit ad interpretationē eius. tūc dicta in vna nō intelliguntur repetita in alia vt. l. j. §. meminisse. ff. de ven. inspi. et. l. interpretatione. ff. de penis.

### De iniurijs.

#### Generaliter.

In iuria generaliter sumpta omne dicitur quod non iure fit specialiter vō sumit quādoq̄ p̄ culpa quāq̄ p̄ cōtumelia quādoq̄ p̄ iniquitate vel iniusticia. hoc dicit.

**Iniuria.** Infert q̄ iniuriā nō solum verbo: sed et facto. b. d. C. In glo. q̄ incipit nisi nō cēs erat. tenebat ista glo. q̄ si dixero alicui iniuriā q̄ sit vera q̄ iniuriā: nō teneor qd̄ videt cōtra. l. euz qui nocentē. ff. e. Circa qd̄ sim Dy. distingue aut qd̄ dicit iniuriā alicui de qua quis posset in iudicio accusari vt qd̄ dixit sibi q̄ ē falsus. vel fur. vel adulter et tūc si verū dixit nō tenet qd̄ rei publice interest delictū nocētū pate fieri: q̄uis in. l. vel statuto nihil dicat de hoc act. iniuriarū nō tenet quia hoc faciunt vt delictū sit notū oībus vt. l. q̄ reipublice. ff. e. et. d. l. eū q̄ nocentē. Aut dicit talis iniuria alicui de qua nō poterat accusari: vt qd̄ dicit tu es notus vel spurius et tūc q̄uis verū dicat. tenet. ar. huius tex. Quidam alij dicunt aut talis iniuria de qua quis potest accusari dicit ei in iudicio et nō tenetur. qd̄ iuris executio nō h̄z iniuriā et sic procedat distinctio Dy. Aut dixit sibi extra iudiciū: et q̄uis verum dicat poterit accusari. De. vō quem sequitur Ly. sic distinguit. Aut id qd̄ alicui dicitur interest rei publice pate fieri: et tūc sine de illo possit accusari siue nō vt qd̄ dixit sibi tu es leprosus. quod interest rei publice pate fieri ne alios inficiat vel dicat tu es spurius qd̄ interest scire vt ipse si admittat ad honores et tunc non punietur per iura super allegata et ita debz limitari hec glo.

**Satur.** Iniuriā patimur per nosmet filios et vxorē. Et ex iniuriā vni facta iniuriarū actio pluribus cōpetit. Adulteri vtiq̄ a viris defendi expe dit et nō econuerso. b. d. C. In glo. q̄ incipit h̄. dic hec est mala glo. fm Ly. tenet enī ipsa q̄ si fit iniuria filio emācipato q̄ pater agat sed hoc est falsum aut enī pater agens exprimeret psonā filij et tūc nō poterit agere nisi habeat euz in potestate: vt. l. sed si vnus. §. filio. ff. e. aut vult agere expressa persona sua p̄pria: quā dicit iniuriatā: et tūc nō potest qd̄ nō est eadē persona cū filio vt. l. j. ff. eodem.

**Seruus.** Pro atroci iniuria facta seruo in cōtumeliā dñi: dñs ager iniuriarū noīe suo sed si in cōtumeliā nō fiat dñi nō ager dñs suo noīe sed seruus: qd̄ p̄tor hanc iniuriā inultā nōn relinquit. b. d.

**Si communi.** Pro iniuria facta seruo plurium dominorum in ipsorum iniuriam quilibet pro dominica portione in qua dignitatis ratio considerabitur iniuriarum ager et iniuriarum actio competit nisi in usufructuarij contumelias seruo fiat. hoc dicit.

## De iniurijs

**Sed si libero.** Pro iniuria facta libero homini vel seruo alieno bona fide de possessis in contumeliā bone fidei possessoris: iniuriarū actio datur bone fidei possessori. b. d.

**Pena autem.** Pena iniurie q̄ per. l. xij. ta. erat pro amputatione membri similitudo supplicij. pro fracto vō osse pena pecuniaria in vsu esse desijt: p̄torio vō iure pro iniuria cōstituitur pecuniaria pena fm extimationē iniuriā passi iudicis taxatione p̄missa in qua iponēda cōsiderabitur qualitas iniuriā passi b. d. Quero si fiat iniuria libero homini quē non possidebam sed aliter in seruitio meo sit: nūquid p̄petit mihi actio iniuriarū. Rosfe. tenebat qd̄ nō quod est vey nisi forte fieret me presente: tūc enī p̄pter presentiam videt mihi illata: sicut dicit in socio vel comite meo p̄ quem video: offendit. l. ab offendēte ipm vt. l. itē apud labeonē. §. si quis vici nes. ff. eo. p̄terea presentia multū opatur vt. l. si procura. ff. de procu. et. l. falsus. §. j. ff. de fur. Ja. de ra. et. Ly. sequēdo eum dicit qd̄ si infert iniuria vni mihi seruiti: vt puta. pcuratori vel negociorū gestorū. dū sunt in negotio meo et tūc videtur mihi iniuria fieri et agere possū. ar. ff. de offi. eius cui mādata. et iurisci. l. si p̄tor: nā iniuriā illatā militibus cōstitibus iuxta latus principis et in eius seruitio princeps reputat sibi fieri vt. l. quisq̄. C. ad. l. iul. maies. et id si fit iniuria officiali ecclesie dū est in exercitio sui officij: videtur iniuria fieri ei qui eum iussit.

**Sed et lex.** Lex cornelia de iniurijs tenetur q̄ libet tribus casibus et domus etiam alicuius intelligitur de cōducta. b. d.

**Atrox.** Iniuria dicitur atrox quatuor modis videlicet ex facto loco p̄sona et corporis parte in qua iniuria facta sit. hoc dicit.

**In summa.** Pro iniuria agit civiliter h̄z extimationē iniuriati et taxationē iudicis et criminaliter punitur iniurians officio iudicis extra ordinem et in iniuriarū crimine persone illustres et que supra eas sunt per pcur. litigāt non per se. b. d.

**Non solū.** Actione iniuriarū tenet etiam qui iniuriati auxilijs prestitit. b. d.

**Hec actio.** Iniuriarū actio dissimulata tollit et sublatam nō potest quis p̄ penitentiam recolare. b. d. vsq̄ ad si. ti. Licet iste textus dicat qd̄ actio iniuriarū tollit per remissionē iniuriati. hoc intellige quo ad actionem competētē parti. sec̄o de competētē si sco: qd̄ illa per ptis remissionē nō tollit in aliquo. vt. l. qui cētum. §. vacatē. ff. ad. l. iul. de vi pu. et. l. in regēt. §. si paci scar. ff. de pac. Sed pone dū agitur contra me iniuriarum: factio positiones qd̄ post iniuriā per me sibi illatam. iniuriatus tanq̄ verus et fidelis christianus fuit integraliter confessus omnia peccata sua et etiā penitens iniuriatus confitetur talem positionem. ego iniurians dico mihi iniurias esse remissam per eius penitentiam quero quid iur. glo. si. circa prin. facit qd̄ videatur sibi remississe iniurias. Sul. de sebu. in. l. si tibi. §. quedā. ff. de pac. determinat contrarium. nam per penitentiam video: solum remississe rancorem et animū vlciscendū quem habebā contra inimicitiam. possum et h̄ defendere fm do. Bar. aliter. Nam in penitentiā nō videtur sibi remissa iniuria. qd̄ nō petijt nā remittere non tenetur nisi petatur etiam quo ad deum vt videtur tenere magister sententiarū in expositione orationis dominice ibi dimitte nobis debita nostra. Sed pone qd̄ feci pactum cū aliquo vt possim sibi iniuriam facere. et feci nunquid tenebor iniuriarū videtur qd̄ non. qd̄ sicut actio iniuriarum remittitur per pactum. ita a simili videtur impediri nasci: p̄terea volenti non fit iniuria vt. l. j. §. vsq̄ ad eo. ff. eo. so. aut fit cōuentio qd̄ fiat iniuria enormis. vt puta qd̄ esfrangatur vel deturpetur facies. cum hoc sibi nō liceat. immo punitur talia facies vt. l. si. §. si quis autem. ff. de bo. eorum qui mor. sibi cōsci. ergo nō potest alij concedere cū liber homo nō sit dominus membrorū suorum. vt. l. liber homo. ff. ad. l. aquil. aut fit cōuentio qd̄ sibi fiat leuis iniuria. vt qd̄ detur alapa vel decapitetur vel qd̄ iniuriosum sibi dicatur



dicatur. et hoc potest fieri nec fisco nec parti oris actio ut. l. si. ff. c. Sed pene q. feci tibi pactum q. possis mihi leuē iniuriā facere. v. puta si iueneris me in vinca tua possis me capillare vel similia. post cōventionē vsqz ad aliquos dies iuxta cōventionē vis iniuriā facere. ego contradico et reclamo nūquid si iniurias cōuentā mihi feceris teneberis. doctor meus determinat q. sic q. tale pactum cū sit contra bonos mores et est tarpe nō est obligatorū ut. l. nō est singulis ff. de regul. iur. et. l. generaliter. ff. de ver. ob. q. quis si in ipso iustā mihi facies me volente nō teneberis iniuriā nō v. g. ore obligatoris p. i. Sed q. sui volēs id nō dico: iniuriari ut supra dixi. Et p. dicta faciūt q. nō valeāt statuta terrarū q. bus cauet q. offendens teneat se ponere in manibus offēsi et ab eo possit offēsus recipere vindictā quā velit: nā cū nō possit fieri p. pactū ut dixi ergo nec p. statutū ar. eius qd. no. C. de decur. l. j. h. r. Item facit iste tex. p. cōpositione quā faciūt pastores ecclesie vel etiā priuati inter se qui remittūt offēsas factas ab hic retro. sed si ab hac hora in ātea is cui sit ista remissio aliqd. attēptauerit cōtra honorem ecclesie vel in p. iudiciū istius remittentis. q. scurret oēs penas quas ante incurerat nam nō videtur q. hoc per pactū possit fieri sicut iniuria remissa p. pactū nō pot. resuscitari: licet forte hoc sit dubiū fm. do. Bar. et Bal.

De obligatōib. q. ex q. delicto nascūt.

**Iudex.** Iudex qui p. spernam quasi maleficio iniquitū religioni iudicantis videbit. hoc dicit.

**Item is ex cuius.** Is ex cuius cenaculo vel domo propria vel cōducta aliqd. quod alteri noceat est p. iectū ex quasi maleficio tenet: q. plerūqz ex facto alterius obligat. Eodem mō tenet q. aliquid in publico suspēdit qd. nocere possit si caderet qui. r. aureorū pena punitur. h. d.

**De eo.** Pena de eo quod est deiectū vel effusū competit in duplū ex causa dāni nisi sit in de liber homo occisus quo casu aureorū quinquaginta pena est ista. ut: si vō aliter libero homini sit nocitū imponet pena iudicis arbitrio. in qua veniet omne damnum etiam p. iens et futurum. h. d.

**I filius.** Filius familias habitās seorsus a patre tenetur de eo quod de eius domo deiectū vel effusū fuerit et pater in nihilū tenebit quod in filio. iudice qui lūē suā fecit obseruatur. h. d.

**Item executor.** Executor nautis caupo ne vel stabuli. pro furto vel dolo in eius nauis caupona vel stabulo cōmissis p. alium ex quasi maleficio tenet: quia nō d. malorū hominum opa v. Et casibus in hoc titulo cōspēsis excepto vno i factū actio que heredi cōpetit in heredem nō datur. h. d. Baldus.

De actionibus.

**Uperest.** Breuiter asserat istō p. i. Actio. ē ius plequēdi i iudicio qd. nobis debet. Ad euidētiam huius ti. p. mittere cōtinuationē nō fm. glo. s. plenius sic. Quia omne ius nostrū aut spectat ad res aut ad personas

aut ad actiōes ut supra de iure naturali in fi. et vidimus de p. i. in primo li. v. q. rerū quedā sunt corporales quedam incorporeales. De rebus corporalibus vidimus vsqz ad titulū de obliga. et actiones et obligationes sunt incorporeales cū sint iura cū nō possint tangi nec videri. verū q. obligatio est mater actionis ut no. supra de obligatio. in. Rubrica et fm. ordinē nature mater p. cedit filiā ideo p. misit de obliga. post quarū materiaz subsequēter et congrue ponitur hic titulus. Item p. mittere q. titulus iste diuidit in tres p. tes p. i. In prima ponit cōtinuationē istī tituli ad p. cētes materias: ubi superest. In secōda diffinit actio ibi actio est. In tertia diuisio ibi oīum autē. Tertia pars s. Dy. p. i. p. i. diuidit i sex p. tes sicut sex sunt actionū diuisiōnes p. i. p. i. q. quis glo. infra eo. s. fi. ponat duodecim: et ita secutus fuit Jo. i. arboze. Prima diuisio actionū est q. que

dam sunt reales quedā personales quedā cām mixtam habentes et incipit in. s. sed iste. Secunda diuisio est q. quedam sunt ciuiles: quedā p. i. et durat vsqz ad. s. sequēs. Tertia diuisio est q. quedā sunt rei persecutorie quedā penales quedā rei et pene persecutorie et durat vsqz ad. s. oēs. Quarta ē q. quedā dātur ad simplū quedā ad duplū quedam ad triplū quedā ad quadruplū et durat vsqz ad. s. actōnum. Quinta est q. quedā sunt bone fidei quedā stricti iuris et durat vsqz ad. s. sunt p. i. Sexta est q. quedā sunt p. i. solidi quedā nō: et hoc durat vsqz ad. fi. ti. In glo. no. q. actio h. glo. duo facit primo ponit significationes huius dictiōis actio. Secundo querit vtrū actio et cā sint idē. In ea. glo. nō bene intellexit ar. pla. sed debet sic intelligi illud qd. dicitur argumētatio penes dyaleticos penes legistas dicit cām argumētatio penes dyaleticos est rei dubie fidē faciens ut si dubitā q. petrus currat: ponitur cause hoc inducēs hoc mō omnis homo currit petrus est hō ergo petrus currit hoc v. arg. ita cū dubitā vtrū mihi cōpetat actio p. i. cā: cā ergo erit idē qd. actio. In e. glo. ibi itē pot. esse et. licet glo. determinatio sit bona: tamen iste reprehēsiōes contra pla. nō v. gent et pla. de causa imediata intellexit iste due rōnes tēdit ad cās mediātā videlicet ad contractū. In glo. q. incipit scilicet ciuile dēterminat glo. q. actiones sunt de iure ciuili: sed reuoco hoc in dubium doc. v. i. r. amon. dicunt q. sunt de iure gentium p. mo per. l. indebitum. ff. de condic. inde. ibi conditio naturalis est: sed conditio idebiti est actio ut infra eo. s. appellamus. ergo actiones sunt de iure naturali vel gentium quod naturale dicitur. p. i. r. e. probat per. l. rerū amotarū. ff. rerū amo. vbi tex. dicit p. i. de iure gentium adijci res et. p. i. r. e. contractus est de iure gentium ut supra de iure na. s. ius autem gentium ergo et actiones quarum contractus sunt causa: sed mediante obligatōe et quicqd. est causa cause est causa causati. P. i. r. e. dicit lex q. vbi dubitatur de aliquo habēte duo extrema cui ipsorum debet applicari indicatur q. debet applicari antiquiori ut. l. in finali. bus. ff. finium reg. sed actio habet duo extrema. s. ciuile et gentium. et dubitatur cui ipsorum debet applicari: videtur igitur q. iuri gentium debeat applicari tanq. antiquiori: p. i. r. e. dicunt ibi casus est in. l. in constitutis circa p. i. et. l. i. ff. de orig. iur. vbi dicit q. actiones sunt cōposite de iure ciuili. tunc arguam sic illud v. compositum quod p. i. erat itroductum sed nō erat reductum ad ordinem ut. d. l. i. i. p. i. ff. de orig. iur. vbi dicitur q. ius ciuile dicitur ius papirianum: q. papirius idem non itroduxit. vel aliqd. de suo posuit: sed legem inordinatam composuit et ad ordinem deduxit. ergo si ius ciuile composuit actōes de necessitate sequitur q. alias erant itroducte v. puta de iure gentium glo. nostre tenent vbiqz q. actiones sunt de iure ciuili vel p. i. r. e. et de hoc tex. est melius q. alibi i mundo infra de perpe. et temporalibus act. s. aliquando ibi. actōes autem que i aliquem aut ipso iure competunt et. p. i. r. e. est casus i. l. i. ff. de orig. iur. recte contrarium itelligendo nam cui querimus de aliquo composito aut consideram? illud respectu cause efficientis et causa efficiens non d. de nouo illud itroducere et ita itelligitur q. ius ciuile dicitur papirianum et. aut querimus de causa materiali ex qua cōponitur et illa causa materialis imediata d. itroducta. ergo cum. d. l. i. dicat q. actiones sunt compositae de iure ciuili vel ex iure ciuili considerauit ibi compositionem respectu materialis itelligitur q. ius ciuile eas itroduxit. Non ob. d. l. i. finalibus q. est verum illud vbi dubium est sed non ē dubium cui extremorum debeant applicari actiones cum sint certe. et de hoc sūt casus legū ergo et. Non ob. l. rerū amotarū vbi dicitur q. iuris gentium et. q. debet itelligi q. ille q. est dominus d. iure gentium aduocabit p. actiōnem res. Non ob. l. indebiti q. verba illa naturalis est d. i. r. e. p. i. a. naturali equitate itroducta: ne quis locupletet et. per hoc confunditur doc. v. i. r. amon. opinio. In ea. glo. ibi s. h. s. hoc est vera so. fm. B. y. Ibi vel meli. dic. imo peius fm. eundem Dy. q. hec glo. Inuit q. iudicis officium sit facti quod est fatuum dicere. Ultimo que

rit glo. vtrum officium iudicis et actio sint idem. et Bar. dicebat qd sic et ar. pro eo in glo. pro opi. Bar. faciunt alia iura. nam actionis verbo continetur actio in re et in persona et persecutio. ut. l. actiois verbo. ff. de ver. sig. alia. l. canet. qd persecutiones dicuntur qd iudicis officio expeditur non actionis iure. ut. l. pecunie. §. persecutiones. ff. de ver. sig. Preterea dicit. l. qd in cause cognitione versatur ut officium iudicis pro restitutione implozanda an possit implorari. an alia actio suplit dicitur alia hys implicare. ex quo concludit qd iudicis officium est actio. et idem sentit in. l. in cause in fi. ff. de minor. ad idem facit. l. qd si minor. §. h. edicto. ff. de minor. Preterea cautio damni infecti est ius petendi cautione p officium iudicis ut. l. i. p. r. i. s. ff. de p. r. o. stip. cu actio sit ius et officium iudicis si militer ergo sunt idem. Quidam distinguunt triplex esse officium iudicis. quoddam est officium qd datur loco deficientis exceptionis: hoc idem qd exceptio: quoddam mercenarium quod deseruit actioni integritate: hoc non sit idem qd pedissequa et domina non sunt idem sed hec distinctio est falsa fm Dy. nam nullum officium iudicis est actio vel exceptio de officio iudicis mercenario constat fm oes de nobili qd datur loco deficientis actionis qd non sit actio est tex. in. l. quintus. §. pomp. ff. de aur. lega. de nobili qd datur loco deficientis exceptiois est. tex. in. l. plane. ff. de peti. heredi. vbi impete non possunt repeti iure actiois nec exceptiois sed iudicis officio subuenitur quod no. p. statutus denegatibus actiois vel exceptiois que non p. p. terea impediunt officium iudicis. In glo. h. dicit in fi. No. hanc singularem glo. que tenet qd licet psona debitoris fugiens capere: p. hac glo. facit qd no. in. l. generalis. C. de tabulis l. r. et in. l. j. C. vbi qd decuri. et coar. c. di. facit in arg. de pace iura. fir. §. j. in vrbibus feudoz. Dy. vo non sequitur hac glo. sed dicit qd licet capere re qua debitor fugiens exporat hys sequentem glo. qua sequitur Bar. Que ro nunqd liceat capere debitorem fugientem die feriata. Respondeo in feriis introductis ob necessitate hominum non videtur dubitan. qd diebus illis actiones perire intentari possent: ut in. c. significauerunt extra de iudi. ergo cu in casu nostro debet perire ius nostrum ppter fugam debitoris facultatem capiendi exercebo in die feriata ob necessitatem hominum introducta. In feriis vo in honorem dei introductis etiam videtur concedi debitorem fugientem capi posse. ut ducatur ad iudicem ut satisfiat ut non intetetur actio contra eum. ut. l. dies festus. C. de feriis et qd ibi no. Querit Dy. creditor venit ad iudicem et dicit habeo debitorem fugientem. quare petit familiam ut capiat: nunqd statim iudex deo dare familiam dicit ipse aut iuste cauet qd debitor fugiat et tunc dabitur ei familia alias no. ut. l. hoc aut in princi. ff. si cui plusq. per. l. fal. et. l. ij. in pn. ff. so. ma. et. l. si fideiussor: si. ff. q. satisf. cog. quod intelligit Bar. etiam verum si iusta causa superuenit. scilicet vo si causa suspitiois que hodie non inerat tempore contractus ar. ff. ut in pos. leg. l. si is a quo et de damno ifec. l. q. bona. §. de illo. ff. de priuile. credit. l. si creditores. Sed quero quo fiet iudici fides de causa suspitiois debitoris et an debeat citari debitor videtur qd sic qd ex hac cognitioe videtur ledi. et ledi posse. ut. l. de vnoquoq. ff. de re iudica. Bar. determinat qd hec excussio fiat coram iudice summarie absq. eo qd debitor citetur. nam iudex potest realem committere citationem non presente eo qui debet citari in qua committenda vertitur cause cognitio sed cape personam est citatio realis: ergo vtrum quis sit capiendus potest examinari ipso absente. ar. l. si interpellatioe. §. j. ff. de arbi. et. l. diem pferre in pn. In glo. finali ibi sed in stricta significatioe hec glo. facit ad. q. Caueatur statuto aretino qd si aliquis fuerit negligens in petendo aliquid debitum alicuius rei vel quantitatis: per spacium. xvj. annozum postea petere non possit qd hoc statutum cu sit odiosum non intelligatur vbi agatur actioe reali i qua qd non petit debitum sed suum et sic statutum intelligatur in stricta significatioe. In eadem glo. ibi. sed certe hec est mala solutio ex pacto nudo non oritur actio et sic licet debeat non potest peti: sequens solutio etiam non pcedit: sed vera solutio est fm Dy. qd in. l. si pacto allegata in glo. agitur ex stipulatione penali ut constituitur debitor in mora respectu eius quod debitor i pacto nudo promisit. In eadem glo. ibi de iudic. solemus hec glo.

non bene sentit fm Dy. sed melius soluit hoc contrarium in. l. non potest. ff. de iudic. Ad cuius solu. cum est defectus in agendo et postea superuenit habitus post lit. contestata. vtrum possit sequi condemnatio sic distinguitur aut est habitus ex parte actoris aut ex parte rei. Primum casu aut erat defectus tempore libelli oblato et litis contestatione. et postea superuenit habitus et tunc solum solum. Aut illa habitus habuit originem de nouo: aut ex precedenti causa si de nouo habuit originem et tunc non potest sequi condemnatio. ut pone ego egi contra te commodati cum non commo. classeni lit. contestata. commodati certe non sequitur condemnatio ita intelligitur dicta. l. non potest aut habitus superueniens habuit originem ex causa precedenti: tunc sequitur condemnatio. ut. l. si tibi mandauero. ff. commodati. Pone mandavi tibi qd solueres. x. ticio tempore lit. contestata. contra me nondum solueras hec habitus videlicet solutionis habuit originem ex mandato precedenti. et ideo sequitur condemnatio ut ibi. Si vo est defectus ex parte seu ex persona rei: et postea superuenit habitus tunc procedit condemnatio et ita intelligitur. l. allegata: in glo. Pone etiam heres tici agebat peti. heredi. contra te. qui nihil possidebas de heredi. lit. contestata. incipis possidere aliquid sine dubio sequitur condemnatio. In eadem glo. in fi. vel die expeditus fm Dy. cu procura. tutor vel prelatas agunt videtur agere dominus pupillus. vel ecclesia per ministerium dictarum personarum et ideo eis debetur scilicet ut ministris ut. l. ita autem. §. gessisse. ff. de adm. tu. Ultimo quero vtrum actiones sint facti vel iuris. hec questio videtur fatua et est: nam tex. aperte dicit qd est iuris. sed quidam arguunt qd sint facti quia actio est verborum expressio sed expressio verborum est facti ut. l. consilio in fi. ff. de cur. su. Preterea petere hereditatem est facti agere act. exempto est facti. Preterea videtur esse casus. l. si pater naturali cum glo. ff. de adop. vbi dicitur qd proinde valebit adoptio ac si iure iacta et exponit glo. in verbis expressis: ergo actio in iure consistens est facti videlicet verborum expressio: preterea dicit. l. qd in stipulatione ius versatur in pactis factum ut. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pac. sed ex pactis vestitis oritur actio ut no. supra qui. mo. re contrahi. ob. ergo actiones sunt facti de hac. q. non fuit dubitan. p. aliquos qd potuit esse qd in illo quod est iuris aliquid factum contineatur sicut v. usufructus et tunc in se res corpales et tunc est ius ut sup. de reb. cor. et icoz. i. nec ob. sup. dicitur tunc omnium. Prima diuisio actuum quoad originem particularem. vel singularem est qd omnium actionum quedam sunt personales. alie reales. Personalis actio est que presupponit debitorem contra quem dirigitur obligatio vel ex contractu. vel ex maleficio siue ex alijs figuris causarum. Realis vo dicitur que obligationem contra eum contra quem dirigitur non presupponit. sed ideo competit. quia reus contendit restituere rem et contra eum realis actio dirigitur. Ex glo. que incipit scilicet quo colligitur qd dispositio facta de simplici trahitur ad compositum. Et ideo si statuto cauetur qd macellarij sint immunes. et qd aliquis sit piscator et macellarius videtur immunis et ita determinauit. Jac. bu. et do. Jo. cald. in legato qui poterat legitime mare spurios potuit spurios et incestuosos simul legitime. argu. l. ij. in princi. cum similibus. ff. de verbo. obligatio. contra quam determinationem fortiter instat. l. si ita. ff. de liber. et postbu. que videtur velle qd de equitate compositum contineatur sub simplici. scens de rigore ad hec facit. l. quid ergo. §. si item alteri. ff. de his qui no. inf. vbi videtur innui qd comprehendit ex sententia sic interpretata que non cadit in statutum. et ita videtur determinare dominus Bar. ibidem ut supra. et Jacob. et Johan. In glo. qd incipit idest ex quasi contractu determinationem istius glo. sequitur Dy. per. l. ex contractibus. ff. de actionibus et obligationibus que determinatio facit pro eo qd determinauit glo. i. asser. sacramta. C. si aduer. ven. qd sicut minor per iuramenti interpositionem super contractu perdit beneficium resti. in integrum ita etiam iuramentum interpositum super

super quasi contractu ut in iudicio in quo quasi contrahitur  
 ut. l. q. d. debetur in si. ff. de pecul. 2. §. iul. 2. §. i. d. e. quā  
 dederunt in iudicio reprobant doc. in dicta aaten. sacra: qz  
 cum dicta autem. sit odiosa loquens tantum in contractib<sup>9</sup>  
 non est exten. tendi ad alia ut in. c. octia. extra de regulis iu  
 ris li. vi. cum il. cum contractus non possit continere quasi  
 contractum nisi ex interpretatione qd videtur sequi Bar.  
 2 Jo. in rubrica de rei ven. qz principia rei venditionis  
 ex pre agentis sunt dominum directum uel utile domini  
 um ex parte conuenti possessio uel quasi 2 non est dubium  
 qz si tēpore uocelli reus non possidet sed postea incipit possi  
 dere p. potest sequi con. lēatio. ¶ Et ideo quero quid sitē  
 pore d. alia libelli agens non erat dominus sed postea sup  
 uenit dominus in nanquid possit sequi cōdēnatio in rei vē.  
 videtur qz sic arguendo de reo ad actore cum principis rei  
 venditionis ex pre conuenti superueniens cōdēnatio  
 nez non impediatur ergo a simili superueniens ex pre actoris  
 profit ad con. lēationem pro quo facit qz si pignoratitia rem  
 2 antequam soluerem agam pignoratitia 2 pendente iudi  
 cio soluam sequitur cōdēnatio ex iure mihi superueni. en  
 ti ergo ita in casu isto: dicit contrarium qz quotienscūqz in iu  
 dicio defecus est ex pre agentis non sequitur cōdēnatio  
 ex iure superuenientis nisi superueniat ex cā de preterito. 2  
 ideo non ob. id qd dicitur de pignoratitia qz illud ius imp  
 uenit ex causa de preterito: ideo nimirum si sequitur cōdē  
 natio ar. eozus que no. in. l. non pōt. 2 in. l. solē m. ff. d. iudi.  
 ¶ Item quero actor qui tēpore dati libelli dominus erat:  
 egit rei vendica. contra possidentē pendente iudicio desit  
 esse dominus: nanquid possit sequi cōdēnatio: ut qz sic: qz  
 videtur casus in. l. i. C. de litig. dicit contrarium fm Dy. et  
 omnes cōmaniter qz iam desit principium ex parte agen  
 tis ideo 2c. ar. l. iul. §. si quis cū si. ff. ad exhi. nec ob. l. i. C.  
 de litig. qz ibi loquitur de aliena. rei litigiosae: que reuertit  
 ad dominum 2 ideo nimirum si sequit cōdēnatio. ¶ Ulti  
 mo quero nanquid dolo uel lata culpa desines pēdēre iudi  
 cio possidere: possit cōdēnari ex eadem instantia vis hui<sup>9</sup>  
 q. est qz directa videtur esse traslata in vtilem: 2 qz possit se  
 qui cōdēnatio videtur casus in. l. i. §. sub condi. ff. de cō  
 tra tabulas: vbi filius institutus sub condi. petit bonorum  
 possessionem contra tabulas 2 defecta conditione conuertit  
 tur in fin tabulas: adeo qz non est opus qz petat amplius cō  
 tra tabulas. ergo sic erit in pposito: qd n̄ fuit secutus. d. Ja.  
 bu. hic tali ratione quotienscūqz variatur qualitas i iudicio  
 desinit sequi cōdēnatio ex eadem instantia ut. l. in deli  
 cto. §. si detracta. ff. de nox. sic in pposito est: qz rei ven  
 dicatio directa: licet conuentus qui tenebatur directa: nūc  
 teneatur vtili propter alterationem qualitratis de possessio  
 ne ad quasi possessionem: qd reprobatur Dy. per. §. iul. in. l.  
 quacūqz. ff. de aqua plu. ar. qd etiam reprobant doc. vltra  
 mon. in rubrica. C. de rei vendi. hac ratiōe qz formalia p  
 cipalia rei venditionis directe: 2 vtilis: considerantur ex  
 parte actoris: ex cuius persona vnde 2 ex quacūqz parte mu  
 tetur principium mutetur actio: 2 ideo in casu pposito ef  
 fectus directe non est vtilis 2 sic concludit qz ex eades instā  
 tia possit sequi mutata actione directa in vtilem: cum di  
 ctus. §. iul. probet qz ex eadem instantia cōdēnatio sequa  
 tur 2 hec est veritas quod etiam tenuit Dy. C. de alie. iud.  
 mu. causa. facta. l. i. in nona. q. 7 Dy. i allegata. l. quacūqz. ff.  
 de aqua plu. ar. pro hac determinat.

**Equē.** Iste. §. in quo tractat de actionib<sup>9</sup> realibus  
 que dant p rebus incorporealis vsqz ad. §. sed iste diuiditur principaliter i tres partes. In prima tra  
 ctatur de act. confessoria. In secunda de negatoria. In ter  
 tia ponitur differentia inter act. reales que dantur pro cor  
 poralibus rebus 2 eas que dantur pro rebus incorporealis  
 Secunda ibi ecōtra quoqz. Tertia ibi qd genus. Prima  
 subdividitur in tres: qz primo ponit de confessoria que da  
 tur pro seruitute personali. Secundo de ea que datur pro  
 seruitute reali vrbana. Tertio de ea que datur pro rustica.  
 sed i ibi: vel per fun. lum tertia ibi eiusdem. ¶ Iste. §. vsqz  
 ad finem lectionis hoc intendit. Actio confessoria: que da  
 tur pro personali siue p seruitute reali rustica: vel vrbana ē

realis negatoria: etiam que pro predictis seruitutibus com  
 petit realis est actio. Et inter actiones reales que pro reb<sup>9</sup>  
 corporalibus competunt hoc interest: qz negatoria etiā pos  
 sidenti contra non possidentem seu etiam detinentem por  
 titur secus in alijs regulariter qd tamen fallit in casu quo  
 possidens actoris sustinet vicem hoc dicit. ¶ Op. qz actio  
 nes reales pro rebus incorporealis non precedant: qz nō  
 possunt vendicari qz nō possidentur. sed incorporealis nō pos  
 sidentur ut. l. i. in principio. ff. de acquirenda possel. ergo  
 2c. So. dicit qz sufficit qz quasi possideantur: que quasi possi  
 sio i incorporealis cadit qd probatur: qz iter dictū vti possi  
 detis datur tantummodo possidenti ut. l. i. §. hoc interd  
 ctū. ff. vti possi. sed. l. dicit qz pro seruitute cōpetit interd  
 ctum ut. l. quotiens. lo. ij. ff. de serui. ergo in eis cadit quasi  
 possessio. Item op. qz confessoria non sit vtilis: qz plānum ē  
 qz ipsa tollitur spacio. x. uel. xx. an. ut. l. corruptionem. C. d  
 usufruc. 2 tamen actio que pro constituenda seruitute cōpe  
 tit est perpetua: ut. l. si quis emptiois. C. de prescrip. xxx.  
 an. ergo ad nihil vtile est introducta confessoria: qz quando  
 seruitus est constituta per pacientiam eius solutionis: solu  
 ta est actio que pro ea constituta cōstituenti fuerat introdu  
 cta. ar. qui. mo. tol. ob. in pñ. §. huc ē qz hoc casu necessaria  
 est confessoria cū post primā pacientia cōstituens me in ser  
 uitate inquietat: sed isti errāt: qz quedā sunt qz bene possunt  
 tradi ut corporalia: in istis traditio dissoluit obligationes  
 introductā ad tradendū: quedam sunt que bene tradi non  
 possunt ut incorporealis: 2 per traditionem istozum non cō  
 tingit liberatio: qz non possunt tradi plene: non est verum  
 qz sit sublata actio penitus ad tradendū pstituta: fm Dy.  
 2 cōs cōter est introducta cōfessoria ad tuendum quasi pos  
 sessionem seruitutis: qz melius est constitutas seruare qz pe  
 tere ut de nouo nobis constituatur. ¶ In glo. bec verba in  
 si. Pa. qz intentando rei vendicationem non desino possi  
 dere. qd tali ratione probatur dicit. l. qz interdictū vti possi  
 detis datur possidenti tantummodo ut. l. i. §. hoc interd  
 ctū. ff. vti possi. Item dicit. l. qz si primo egi rei vendicatioe  
 postea agere volo vti possidētis qz possum ut. l. naturaliter  
 §. i. ff. de acqui. pos. ergo patet qz per rei vendicationē non  
 puidico mihi i possessione ex quo tuēda est prima epi. gl. p  
 quam infero qz errant qui tenent indistincte: qz prohibitus  
 sit concursus rei vendicationis 2 interdicti vti possidētis  
 tanqz contraria proponendo qd tenuerunt alique glo. 2 et  
 canonice. tamen hoc est falsum nam etiam quasi possidēti  
 rei vendi. datur respectu vnius. 2 interdictus respectu alte  
 ri<sup>9</sup> pone etiam possideo civiliter. tu naturaliter turbas me  
 in mea ciuili volo intentare interdictum vti possidētis res  
 pectu turbationis. quam facis in ciuili mea nihil prohibet  
 hoc fieri cū mihi non sim contrarius. sed si proponeretur  
 circa candelas specie n̄ posset tunc ratione contrarietatis vn  
 de impediretur concursus. 2 hec ē veritas fm Dy. 2 alios.  
 ¶ In confessoria autem formatur talis libellus. Corā vo  
 bis sapiēti vero domino o. n. proponit 2 agit confessoria cō  
 tra talem dicens. qz idem. p. dominus talis predij positi i  
 tali loco iura tales confines. ex contractu donationis legi  
 time constituit 2 per pacientiam tradidit seruitutem itine  
 ris per predium predictum ad quoddam predium domi  
 ni. C. positum in tali loco iura tales confines. dicit etiā qz  
 post dictam traditionem dominus. p. eundem. C. in quasi  
 possessione dicte possessionis seruitutis turbauit 2 inquit  
 tant non permittendo eundem vti dicta seruitute itineris  
 quare petit eundem vestra sententia condemnari ad inter  
 esse turbationis. ¶ De cetero ad pacientias p presenti turba  
 tione. 2 ut caueat me non molestare i futurum ut predictus  
 libellus sic cōficiatur probatur i. l. loci co. pus. §. i. 2. l. barū  
 ff. si seruitus ven. 2 sic docet formare libellum i dict. l. do.  
 Ja. bu. ¶ In negatoria autem sic formatur ago 2c. dicens  
 qz quāuis nulla seruitus debeatur a predio meo posito 2c.  
 tali suo predio posito 2c. dictus tamen talis per dictus pre  
 dium meum continuo vadit tanqz sibi iure seruitutis itine  
 ris liceret. cum tam sibi nō sit ius p dictū p dū meū efidi  
 quare peto dictū talē vestra sn̄a phiberi i. r. ne per dictus  
 predium meum de cetero vadat.

**Sed iste.** Prima diuisio actionum fm originē vniuersalē z generalē eaz est. q̄ actio- nes sunt aut pretorie, aut ciuiles. z de ciuilibus actenus di- ctum est. Pretorie vero sunt rescissoria, que datur ad ven- dicandum rem vsucaptam, quasi vsucapta non sit. Et pu- bliciana que datur pro vendicanda re non vsucapta quasi vsucapta fuisset, que intentatur cum bonā fidē titulū z tra- ditionem habens a domino putatiuo, ante prescriptiones completam, si a rei possessione ceciderit, que actio a publi- cio pretore extitit introducta, hoc dicit vsq; ad. §. rursum. **Super glo.** que incipit latenter, ibi sed dic eam ciuilem dic q̄ determinatio glo. est bona per. l. si plurium in prin- ff. de nox. non per rationem illam, que dicatur pretoria in- specta persona auctoris, quia dicitur pretoria v̄l ciuilis ori- gine, non ex persona auctoris vel rei vt notat glo. in. l. ij. de bo. posses. heredi. peti. **Super glo.** vt que sunt. **Dy.** di- cit q̄ ista glo. predicauit maximum errorem qz sequeretur ex ea q̄ actiones ex cōtractu vel quasi vel maleficio v̄l qua si descendentes essent ciuiles. z nulla pretoria descenderet ex predictis qd̄ esset fatuum. Nam actō ex furto manifesto que descendit ex delicto est pretoria: z tamen ex delicto de- scendit similis actio de constituta pecunia: z multe similes sūt ex contractu: z tamen sunt pretorie: sed certe forte glo. non debuit calumniari ex hoc: qz non sequitur ex verbis eius q̄ actiones pretorie non possunt esse ex cōtractu zc. sed sequi- tur q̄ actiones de quib; dictus est. z alie de quibus non est dictus: que sunt ex contractu vel quasi, vel ex delicto v̄l qua si z descendunt ex legitimis causis sunt ciuiles: z non preto- rie z ista est ipsa veritas v̄tputo. **In si. glo.** que incipit h; nunquid: dic q̄ vltima opt. est vera z prima dānabilis per tres inconuincibiles rationes, primo qz certum est. q̄ vtili- ter dominus in suo vtili dñio presertur domino directo di- cto vt. l. i. §. q̄ in perpetuum. ff. si ager. vectig. Sed publicia- nam habens nunq̄ presertur nisi in casibus specialibus: q̄ habentur in glo. magna ergo zc. **Preterea** iurisconsul- tus tres titulos fecit. **Unam** de rei vendicatione vbi de di- recto dominio tractatur. **Secundus** de publiciana vbi tra- ctatur de quasi dominio. **Tertium** si ager vectiga. vbi tra- ctatur de vtili dominio: ergo necessario sequitur q̄ ista tria dominia sunt distincta. **Preterea:** prescriptio debet ali- quid operari: aliter ad nihil esset introducta. §. l. si qñ. cñ. si. ff. de lega. i. Sed si diceremus q̄ habens publicianaz esset dominus vtiliter fm cōem opinionē vt in autentica nisi. C. de bo. mater. ergo sequerē q̄ tantam haberet publicianaz habens: quantum ille qui prescripsit: qd̄ est absurdum licet primam opinionem positas in glo. ipsa fuerit secuta in mul- tis locis sed vbiq; reprehenditur per **Dy.** z oēs modernos. **Cum** queritur vtrum bona fides presumitur glo. tenet q̄ sic in. l. super longi. C. de prescrip. lon. tempo. z **Dy.** se- quitur eam glo. videtur tamen notare contrarium in. l. i. §. interdictum. ff. de itine. actus. prima. quam glo. ibi repre- hendit **Dy.** Tu vero dic fm doctores modernos: q̄ aut q̄ ritur de bona fide: que exigitur tempore traditionis: z sine dubio illa probatur per iuramentum, vt in hac glo. aut de ea q̄ exigitur ad vsucapionem vel prescriptionem: z hic di- stingue: quia aut queritur de prescriptione rei corporalis aut incorporealis: vt seruitutis. primo casu fm opinio. **Dy.** z gl. presumitur bona fides vbi precessit titulus: alias vero nō vt ipsi no. super dicta. l. super longi. sed notat **Bar.** q̄ presu- mitur bona fides vbi precessit titulus: vel iustus error: nec apparet alium possedisse ante eum: de cuius bona fide tra- ctatur sed si apparet iudici. ante eum alium possedisse z nō preccederet verus titulus vel iustus error: tunc debuit scire qd̄ suum non erat ad alios pertinere vt. l. si. C. vnde vi. z h; est: quādo tractatur de prescriptione rei corporalis. Si ve- ro de prescribenda re incorporeali glo. tenet q̄ presumitur malefides: nisi iustum errorem probet: vt in seruitu. d; enis probare q̄ ipse fuit vsus seruitute: iure seruitutis: z q̄ ipse percepit a testibus q̄ traditio seruitutis facta fuerat ab eo qui dominus putabatur vt no. glo. in dicto. §. interdictum quam **Dy.** ibi reprehendit dicens: q̄ debet presumi bone fidei: z in prescriptione rerum corporaliū est presumptio

contra prescribentem: qz quelibet res presumitur libera ut **L. altius. C. de serui. cum simi.** z ideo probat contra prescribentem iuris, ergo videtur velle innuere illa glo. q̄ debe- at probari titulus: v̄l iustus error: qui est pro titulo q̄ docto- res moderni videlicet **De. Ja. de are. z Ly. in. l. i. C. de serui. in quarta. q. sequuntur:** sed dicunt q̄ sufficit probare q̄ ab aliquibus vicinis audiuit: q̄ titulus concessus erat p̄ illa seruitute: z q̄ per predium ille solebat vt iure seruitu- tis: sed **Bar.** dicit q̄ est necesse q̄ ipse crediderit ex aliqua iusta causa se bona fide possidere: non autē audiuisse a duo- bus vel tribus propter dictam suspicionem iuris que est cō- tra eum. Sed debet probare credidisse verisimiliter sibi ius seruitutis competere vt quia fama erat in vicinio de **Bar. argu. l. iij. C. de probatio. z quod ibi nota.** vel q̄ in loco ser- uitutis: vt puta triennij: vel aliqua alia simili causa arg. eius quod no. in. l. i. §. hoc iure. ff. de aqua. quo. z est. **Ite** debe- bit probare se vsus fuisse iure seruitutis qd̄ probat proban- do se fecisse ea que non fecisset nisi seruitutem habuisset: ut quia incidebat ramos impediētes viam. uel alia similia: que non fecisset in predio vicini nisi habuisset seruitutem. z iste pbationes vtilēs pbant ex his q̄ no. **Inno. in. c. bo- ne extra de postu.** **In glo.** z sic v̄ querit nūq̄ dñum p̄ ponens simpliciter in iudicio: videat p̄ponere directū tm̄ uel vtilē z directū glo. magna t; q̄ videat tñ modo directū hic. idē t; in. l. si mater. §. eadē. ff. de excep. rei iudi. qd̄ se- quit **De. z Ja. bu. in. l. i. §. qui iperpetuū. ff. si ager. vect.** **De. in. q. quā** ponit ibi **Do. Bar. z Jac. de bel. z etiam Oldr. tenent** h̄rum ut plene scripsit **Bar. in. d. §. eadē z pbat** hec opinio per. l. si duo patroni. §. itē si iurauero. ff. de iureiurā. z. l. qbus diebus. §. si titio. ff. de zdi. z demō. **Item** queritur nunquid ille qui proposuit rei vendica- tionē cogat exprimere cām. glo. v̄ tenere q̄ sic in. l. si mā §. si deniq; z. §. possant. ff. de excep. rei iudi. glo. v̄ tenere h̄rum z melius in. l. si mater. §. eadē. eo. tit. z. l. i. ff. de eden. z istas omnes scilicet vltimas sequunt oēs alie v̄ sūt false. **Sed** quero si vnam causam deduxerit in iudicio z in ea succubuit nunquid obstabit exceptio sibi rei iudicate in non expressis. glo. videtur dicere q̄ sic in. l. an eadē. §. actiones. ff. de excep. rei iudicate. glo. tenet contrarium in hac glo. z in. §. si quis fundum in dicta. l. si mater. z hec v̄li- ma opinio est canonizata in. c. abbate sane. de re iudicata **De. vero** sequitur primas glo. per. l. scio in si. coniuncta. l. i. in prin. ff. de appel. ubi exprimens vnam causam iniusti- tie preiudicat sibi in omnibus. sed ille. l. loquuntur in alio casu. **Si** ergo queris. vtrū agens rei vendicatione z suc- cūbens. preiudicet sibi in causis non expressis. **Dic** q̄ aut proposuit vniuersaliter nulla causa expressa. Aut certa cau- sa expressa. **Primo casu.** aut facta est prosecutio vniuersa- lis. ut puta qz ego feci articulos volendo probare q̄ res per- tinebat ad me qd̄ potest esse ex quacūq; causa ut. l. verbum pertinere. ff. de verborum significat. tunc mihi preiudico i omnibus. nisi iuuer beneficio restitutionis propter iustam ignorantiam. uel nisi sim mulier vt. l. mater in prin. supra allegata. **Secundo casu** si preiudico mihi ut in dicto. c. ab- bate sane. Sed qualiter formatur libellus in publiciana re- spondet **Dy.** q̄ debet dici. **Propono** rem talem quam ta- lis possidet me emisse a non domino bona fide. z per tradi- tionem accepisse. z ideo peto eam mihi restitui z ad hoc p- pono publicianam zc. **Sed** quero nunquid proponen- do publicianam z rei vendicationem alternatiue. si succū- bam obstet mihi exceptio rei iudicate. **Sciendum** ē q̄ quā- nitas talis libellus permitatur in probatione debet eligere quam velit prosequi vt no. glo. magna. ibi licet tamen su- per vna. **Sed** si non eligat. z positiones facias: que possint vtrūq; comprehendere. ut per verbum pertinere. tunc si- bi obstat exceptio ut dicto. §. actiones. **Si** vero alteras eli- gat z non obstat exceptio sed replicatio doli mali eliditur ut no. **Jo. an. in. d. c. abbate.**

**¶ Kursus.** Contra absentes ex quacūq; cā vsuca- piones res presentis reuersos vsuca- pione completa rescissoria competit per iudicis officium rescindens intra annum per quam res repetitur ac si com- pleta

pleta usucapio non fuisset. Contra presentes vero usucapientes rem absentium ex causa necessaria vel probabili vel vtraque dicta rescissoria poterit intentari eodem modo: quo actio pretoria iudicatur. hoc dicit vsq; ad. §. item si quis in fraudem. **Queritur** infra quantum tempus detur officium rescindens glo. tenet in. l. fi. C. de tempor. in integrum resti. pe. q. datur infra tempus quo quis est lesus si est min<sup>9</sup> quadriennio vel tantum vel plus. Glo. hic tenet contrarium qz dicit q. datur infra annum vtilem hoc tenet glo. que incipit scilicet vtilis. primam opinionem sequitur Dy. hic per. l. ait pretor. §. si conditionalis. ff. de his que in frau. cre. facit l. sed si per pretorem. §. si ferie. ff. ex q. cau. ma. z. l. nec non §. si quis sepius eo. ti. **Preterea** absentia nō dicitur dānosa vel lucrosa: cū equitas pretoria fuerit introducta. S; si datur infra vel post manus tēpus: dicitur dānosa vel proficua ergo z cetera. J. a. bu. r. s. oppositū dicit: q. datur infra quadriennium continuum: qz rescissorie etiam sunt introducte ad similitudinē resti. in integrum: vt. l. fi. C. de tempo. in integ. resti. peten. dabitur ergo quadriennium in eis: dicit tamen predicta procedere: nisi quis fuerit negligens post tempus absentie: tanto tempore quanto fuit absens. Quia tempus negligentie corrodit tempus absentie: cum negligentibus Jura non subueniunt vt in. l. ab hostibus. z. in. l. sequen. ff. ex q. ca. ma. z. hanc opinionem secutus fuit Ly. i. primo dicto: videlicet q. datur quadriennium pro dicto officio rescindenti in petendo: z ita etiam **De** z alij vltimō. per rōnem dicit J. a. non ob. l. debitor. §. i. z. dictus. §. ex conditionalis: qz ibi loquitur in actione temporali que per interruptionem perpetuari poterat qd non est in officio rescindenti vt statim dicam non ob. §. ferie. nec. §. si quis sepius: qz loquitur de tempore ad qd datur dicta restitutio. Et illud fm omnes est tempus lesionis. non ob. qd dicebat J. a. bu. q. nō debet esse manus tempus restitutio. q. lesionis: qz negligentibus z cetera. quia negligentia non potest imputari nisi p<sup>9</sup> tempus quadriennij. argu. l. qui hoc anno. ff. de obligat.

**Quid si ultra tempus:** infra qd dicitur rescindens officium implorari. **Iudex** restituat: nunquid restitutio valeat videtur q. sic: qz snia J. ius litigatoris ē. argu. l. si p<sup>9</sup>es. z. l. cū paulus cū si. ff. de re iudi. **Quod** rōnem determinat doctor: vsq; Dy. Ly. z. dicit fauere litis dirimend. ar. eius qd nō. glo. in. l. pperādū. C. de iudi. vbi si iudex fert snias post triennium nō valet: z vt J. casum. l. scire os. §. consequēs de excul. tu. vbi infra quatuor menses: postea lata nō valebit: s; possit rōderi ad illā. l. q. illud sit speciale fauere pupillo: rō ad gl. l. pperādū nō est dare responsum. **Sed** ad quantū tempus datur officium rescindens. **Respondeo** ad tēpus lesionis argu. iurium introductorum per Dy. z alios in p<sup>9</sup> ma. q. rescissoria vero datur infra tempus. z ad tempus lesionis usucapione rescissa ar. iurium p<sup>9</sup>dictorum: propterea non dicitur pp absentias esse i. d. modo: vel eō modo: vt dictum est supra. **Quero** nunquid rescissoria statim detur absenti reuerso: vt q. non: qz certū est q. rescissorie pōt prescribi eo tempore: quo absentia lesionem abstulit. S; actio ni non nate non prescribitur nec tolli pōt: ergo non competit ante officium rescindens intentatū. ar. l. in rebus. §. ois C. de iure do. sol. die q. datur statim absente reuerso: sicut solemus dicere: in simili de filio hereditate negligēte agere querela: cui prescribitur: z in petitione hereditatis vt i. l. sancimus. C. de inoffi. testa. z. tamē hereditatis petitio nō competeat ante testamentum rescissum: nec ob. q. ante nō erat nata: qz vey est in effectu: tamen nata erat inefficax: z p<sup>9</sup>toze insula ante in ea spiritus vite erit efficax vel dici potest q. prescribitur natiuitati: sicut solemus dicere in materia pignoratit: i qua p<sup>9</sup>scribitur iuri offerendi: sic natiuitati ei<sup>9</sup> vt nō. in. l. fi. C. de prescriptio. xxx. anno. **Queritur** nunquid rescissoria perpetuetur per litem conte. **Respondeo** q. non quemadmodum alia officia que dantur ad restituēdus vt. l. superuacua. C. in quibus causis in inte. resti. non est ne. **Uterius** quero nunquid lite contestata super officio rescindenti: perpetuetur actio super rescissoria. **Joā. theu.** aiebat q. sic ar. l. cum quidam. ff. de bo. posses. vbi qui dicit testamentum falsum videtur agnoscere: primo bonorū pos

sessionem: de iure pretorio que erat temporalis ita q. contestans litē sup offō rescindenti videtur contestari super rescissoria: z sic eam perpetuare sed hoc est falsum fm Dy. z omnes rescissoria tollitur tempore quo lesio introducta est vt superius dixi. **Sed** si perpetuaretur per officium rescindens non tolleretur qd est absurdus dicere nec obstat. d. l. cum quidam quia ibi loquitur in eo qui dicebat testamentum falsum z sic nullum esse quo casu etiam tunc competeat sibi bonorum possessio tanq; nullo testamento facto officio rescindenti non erat efficax nisi obtento officio rescindenti ergo non ob. **Quero** vtrum rescissoria sit natia vel datua z dicitur datua que non habet preexistente materiam vnde causetur vel nascatur. **Natua** vero que habet materiam vt doctores dicunt in. l. cum mota. C. de transact. **Ratio** quam allegant est q. si primitiua actio propter absentiam in totum erat sublata vt est videre in usucapione per quam tollitur omne dominium tunc dicitur datua qz non habet preexistentem materiam. **Si** vero actio nō erat in totū sublata sed erat inefficax vt est videre in prescriptōe tunc quia habet preexistentem materiam dicitur natua.

**Sed** queritur vtrum sit vtilis vel directa dico q. si datur pro ea actio que in totum erat sublata dicitur directa qz directe a pretore datur alias vero vtilis quia pretor insufflaue spiritum vtilem z efficacem in eam Ly. z Dy. determinant z omnes communiter. **Sed** queritur nunquid sit in rem vel in personam: dic regulariter secundum primitiuam actionem: cuius loco datur: z eius sapit naturam argumen. l. si eum. §. qui iniuriatus. ff. si quis cau. **Queritur** vtrum rescissoria: z officium rescindens possit poni in eodem libello. **Dicas** q. simpliciter non possunt propter regulam. l. fundi. z. l. fundum. ff. de exceptio. quia exceptio rei iudicate in officio rescindenti: obstat in rescissoria: et ista est veritas. nec obstat. **Liqui** de inofficio. testamento imo conco. si bene intelligatur. **Nec** etiam ob. l. genera. ff. ad exhiben. quia ibi etiam rei vindicatio z actio ad exhibendum: possent in eodem libello inchoari successiue vt hic de terminatū ē: in rescindēdi offō z rescissoria. **Libellus** autem in officio rescindenti sic formatur. **Dico** contra talem q. sui absens rei publice causa: vel studiorum per biennium: quo titius rem. que antequam usucapta esset mea erat usucapit. quare cum iura subueniāt absentibus. peto de iure officio vestro dictam usucapienem rescindi. z pro inde ad agendum admitti. **Ac** si dicta res usucapta nō esset nec datur rem meam. quia meum z suum denotat dominium presentis temporis vt. l. si ita fuerit. ff. de rebus dubijs. cū de presenti res non sit mea. libellus non procederet Ly. z **De**. **In** rescissoria sic forma libellum. **Dico** contra talem q. sui absens per biennium rei publice causa quo tempore talem rem. que mea erat ante usucapione: usucapit. z q. ob staculum dicte usucapione officio iudicis rescindenti. est sublatatum. quare peto declarari per vos. rem ad me spectare iure dominij. ac si usucapta non esset eamq; mihi restitu i. **In** officio rescindenti z rescissoria simul. sic forma. **Dico** contra talem q. sui absens rei publice causa per annum quo tempore usucapit rem. que mea erat ante usucapione completam compleuit. quare cum iura absentibus restitutionem indulgeant. **Peto** officio vestro. dictas usucapione rescindi. z ea rescissa me declarari dominum rei. z eam mihi restitu. proinde ac si res predicta usucapta non fuisset predicti autem libelli fundantur ex theorica su prescripta.

**Item si quis.** Alienata per debitorem ex titulo lucratiuo in fraudem creditorū. ipso debitore tantummodo animus fraudis habente. vel ex titulo oneroso fraudem participante debitore z eo in quem alienatio facta est. creditore misso in possessionē bonorum debitoris condemnati ad debitum non sufficientium. per actionem in factum reuocatoriā que pauliana dicitur ab ipso creditore poterunt reuocari perinde ac si nō essent tradita. z in bonis debitoris mansissent q. actio est pretoria censenda. h. d. vsq; ad. §. se.

**Item seruiana.** Seruiana, et quasi seruiana que dicitur hypothecaria sunt priorie. prima competit locatori pro rebus coloni vel inquilini tacite obligatis: quasi seruiana ceteris creditoribus hypothecariis datur. Et inter pignus et hypothecam quo ad actionem hypothecariam danda: nulla differentia est: in constituendi modo differat. cum hypothecaria sola uentura datur et in re immobili non tradita: vel immobili indistincte. Dignus uero est rei mobilis traditionem requirit: quod actio inter prioras iudicatur h. d. Queritur quod habeat probare agens hypothecaria gl. in. §. item seruiana: dicit que incipit. hic ponitur: quod dominium debitoris probandum sit in hypothecaria glo. t. idem in. l. i. C. de sal. interdicto glo. t. triu in. l. re aliena. ff. de pig. ac. v. quod sufficit probare titulum et bonam fidem. Glo. adhuc t. triu: v. quod sufficit probare possessionem et bonam fidem in. l. cum res. C. si res alii pig. da. fuerit. Dy. reprobat primam glo. Nam si necesse esset dominium probare: nunquam vel raro obtineret in hypothecaria. Ad hoc: uero aliarum glo. Dy. sic distinguit: aut agitur pro debitorum rem possidentem rem hypothecata. et tunc sufficit probare possessionem et bonam fidem: ut est casus in. l. inter colonum. §. i. ff. de pig. ubi debitor non potest referre questionem dominii creditoribus: et ita intelligitur glo. in. d. l. cum res. Aut agitur pro extraneo possessore: et tunc probet possessionem: bonam fidem: et titulum. Et ita intelligitur glo. in. d. l. re aliena. §. allega. Ault ergo Dy. quod nullo modo creditor cogatur probare dominium agendo hypothecaria. Et quod glo. dicentes triu sunt falsissime: et dicit ipse ita obseruari de facto. Ly. uero defendit istam glo. et similes: arguendo tribus rationibus: quod cum agit pro extraneo possessore non habent eam a debitoribus: debeat in hypothecaria probare dominium: quod primo obligans rem debet constituere in ea ius. alio non tenet pignus seu hypotheca: ut probatur in. l. in notabilibus et l. si sine et quod ibi no. C. ad uelle. et l. rem alienam. ff. de contrahen. emp. ubi glo. dicit quod pro tanto tenet venditio rei aliene et non pignus. quod pignus: ius debet constituere ius in re. sed vendens si. Ius autem in re non potest constitui nisi a domino: vel eius uoluntate ut probatur in. l. rem alienam. ff. de pig. ac. sicuti et solemus dicere in constitutione seruitutis: que tribuit ius in re: nam debet fieri a domino vel eius uoluntate. ut l. cum esset. §. si plurium. ff. de seruitu. rusti. predi. Preterea. l. dicit quod agens hypothecaria debet probare res fuisse in bonis debitoris: tempore obligationis. ut l. et que nondum. §. quod dicitur. ff. de pign. Sed res dicitur esse in bonis pro qua contra quolibet actionem habemus non possidentes: uel possidentes exceptionem ut l. rem in bonis. ff. de acqui. reru. do. Sed non dominus non possidens non habet actionem contra quolibet quia non contra dominum regulariter ut dicitur. §. e. §. alie. et patet in. l. si. ff. de publi. ergo etc. Preterea dicit lex. quod ea cadunt in obligationem: que quis de bonis suis facit obnoxia: ut l. qui filius. C. que res pig. ob. pos. §. appellacione suorum proprie loquendo: non continentur res extra dominium nostrum posite: ut l. i. §. i. ff. ad filie. et l. si quis inos. ff. de leg. iij. ergo in hypothecaria cum tractamus de obligatione contrahenda: que est odiosa. ar. Larrianus. ff. ac. et ob. ergo restringendum est ut in. c. odia. extra de reg. iur. li. vj. et sic de bonis suis non dicuntur nisi sint in domino. Et istis rationibus concludit Ly. in. d. l. cum res quod Dy. indebite reprehendit glo. tenentem: quod in hypothecaria creditor debeat probare dominium debitoris: imo dicit ipse quod iste glo. dicunt ueritatem: per rationes suprascriptas cum distinctione quam statim subiungam. Et ideo ad plenissimam intelligentiam cum queritur quod probari debeat per creditorem agentem hypothecaria utrum dominium debitoris vel titulum possessionem et bonam fidem vel possessionem et bonam fidem tantum. Sic distinguit. Aut agitur hypothecaria directa aut utili. Primo casu necesse est probare dominium et ita loquitur dicta glo. l. i. de sal. interdicto cum rationibus supra assignatis. Et ideo dicunt doctores quod male consilium creditori agenti directa quod difficile erit ei obtinere in hypothecaria: propter difficiles probationes dominii et dicitur directa et utilis hypothecaria ut no. in. d. l. cum res. Si uero agitur utili et tunc aut agitur contra debitorem vel heredem eius aut contra extraneum possessorem. Pri-

mo casu sufficit probare possessionem cum bona fide quia debitor vel eius heres non possunt referre questionem dominii creditoribus ut patet in. l. inter colonum. §. i. ff. de pig. Aut agitur contra extraneum possessorem et tunc. Aut ille possessor habet causam a debitoribus aut non. si habet causam a debitoribus et sunt hic opi. Jac. ba. dicit indistincte: quod idem est. ac si possideret ipse debitor. vel eius heres. ar. eius quod no. in. l. in omnibus. ff. de regulis iuris. et l. quod ipse eo. ti. Alij. dicunt quod aut iste possessor uult uti accessione possessionis: et iuris rei: ex persona auctoris sui: et tunc procedit opinio Jac. predicti. Aut uero uult uti possessione et iure rei ex persona sua sine adminiculo auctoris. et tunc idem sit in eo. quod statim dicam in non habente causam a debitoribus. ar. dicte. l. de rebus. C. de dona. ante nup. Tu uero dic secundum Ly. quod quando uult uti accessione auctoris sui. tunc aut habet titulum onerosum: aut lucratium. Primo casu idem quod in extraneo. Secundo casu sit idem quod in debitoribus possidente. Hanc tamen distinctionem facit Lynus propter quod tutius uidetur inherendum esse opi. dicti Jaco. Si uero non haberet causam ab ipso debitoribus. Et tunc aut creditor agit hypothecaria ad rem. Aut ad possessionem aduocandam tantum. Primo casu in hypothecaria non obtinebit nisi probet titulum possessionem. et bonam fidem. et ita intelligitur glo. dicte legis rem alienam. ff. de pig. ac. quod probat plura et euidenti ratione. dicit lex quod eo iure pretor tuetur creditorem agentem hypothecaria contra extraneum possessorem. quo tueretur ipsum debitorem si ageret contra ipsum possessorem. Hic est casus in. l. si ab eo. ff. de pig. Sed si debitor uellet agere contra extraneum possessorem ad rem. non audiretur nisi haberet titulum. quia alias actionem non haberet. et sic si ageret non audiretur. ergo nec creditor nisi titulum probet debitoris. Hanc rationem firmat quod no. in. l. ij. ff. de pig. ubi facilius succurrit creditori agenti hypothecaria contra debitorem uel heredem quam contra extraneum possessorem. Si uero creditor agat hypothecaria non ad rem. sed ad possessionem aduocandam que est penes extraneum possessorem. aut agit ex obligatione speciali. et non admittitur. quia obligatio specialis debet constitui ius in re. ut no. in. d. l. rem alienam. ff. de contrahen. emp. et in. l. si sine. C. ad uelle. Si uero agit ex obligatione generali. que solet apponi in contractibus ut dicit textus in. §. quod dicitur tunc quia appellacione bonorum meorum solent venire ea tantummodo que possidemus ut l. bonorum. ff. de uerborum signi. et l. in uenditione de bo. auc. iud. pos. Tunc distingue aut possessio illa que est penes extraneum possessorem posset peti aliqua actione a debitoribus sicut posset contingere in casu. l. et ideo. ff. de condi. fur. et l. in ea. C. de fur. tunc aduocabit ea creditor actione utili. que competeat debitori directa. arg. l. grege §. ij. ff. de pig. Hoc probatur quia possessio est ius insistendi rei ut dicunt doctores in. l. licet. C. de acquirenda possessione et iura communi ueniunt in generali obligatione ut l. no. men. C. que res pig. ob. pos. ergo in ipsa obligatione uenit ius insistendi rei: sic cum extraneus possessor sit debitor respectu possessionis hoc ius aduocabit creditor per hypothecariam dictam possessionem argu. dicte. l. si ab eo. Aut hanc possessionem debitor non potuisset aduocare per aliquam actionem et tunc nec creditor per hypothecariam cum solutum sit ius ipsoe hoc extraneo possidente argu. l. pomponius. §. si. ff. de acquiren. posset. coniuicta. l. si cur in principio. ff. qui. mo. pig. vel ipo. sol. quamvis Dynus tenuerit contra opinionem Ly. quod in hypothecaria directa creditor habeat necesse probare dominium debitoris per rationes suas supradictas. Si dicte rationes bene inspiciantur concludunt quod hypothecaria non potest constitui in re aliena sed quis dubitaret de hoc nec dum Dynus sed aliquis fatuus etiam non diceret oppositum: quia de hoc sunt multi casus legum. et patet ad litteras i. l. si sine. C. ad uelle. et C. si res alie. pig. da. sit. et in multis legibus illius tituli. Sed opinio Dyni uidetur posse defendi per notata per glossas et doctores in. l. quidam in suo. ff. de condi. insti. ubi patet quod est prescriptio iuris: quod si aliquis reperiat possidere cum titulo et bona

lo et bona fide presumat dominus donec dominum alienum probet esse. Et ideo creditor: qui titulum probavit et bona fide debitoris presumptione iuris probavit dominum tempore obligationis fuisse penes debitorem et ideo nisi doceatur tunc alienum dominum fuisse: videtur sumi posse intentionem suam creditorem. Et sic opinio vni practicatorum est equior: et hac consideratione videtur posse defendi reprobata glo. ut supra dixi per Dynum: sed ubi apparet de domino alterius: tunc quod sublata esset presumptio iuris supradicta: tunc videretur posse defendi opinionem Lym et glo. **In glo. subaudi ibi. l. re pignoris.** Ista glo. male carat per dictam. Lnam ibi dicitur quod colonus est ille qui habitat in prediis rusticis: et inquilinus qui in urbibus et rusticis prediis et urbana distinguuntur qualitate: si loco ubi patet fecerit dicitur. **In hypothecaria actione sic formatur libellus. Dico quod talem quod sibi locum domum talem positam in tali loco pro tali annua mercede de rebus ad tale tempus. Dico et quod in dicta domum intulit tales et tales res: quas dicitus talis conductus talis tenet et possidet et mihi locatori fuerunt tacite obligate: quare peto possessionem talium rerum mihi assignari: proponens pro predictis saluam interdictionem vel proponens cognominatas seruam. **Conceditur vero quod debitorum sic dicitur dico quod talis quod cum mutuaueris. r. pro quod hypothecauit mihi tale rem: que in bonis eius erat tempore obligationis predictae. Dicitur: quia rem dicitus talis debitor: meus tenet et possidet: et ipsius possessionem mihi assignare denegat: quare peto dominum predictae possessionis mihi assignari pro debitorum predictum mecum pro predictis proponens hypothecarias actionem: et petens ad predicta dictum meum debitorem condemnari. **Contra extraneum vero sic creditor formabit libellum: dico quod talem quod cum talis debitor: meus in. c. ca. mutui: mihi obligauerit et hypotheca pro predicto debito talem domum: positam in illo loco: quas dicitus talis conuentus tenet et possidet et quam dicitus debitor: meus tempore dictae obligationis tenebat et possidebat cum titulo et bona fide vel que in bonis dicti mei debitoris tempore dictae contracte obligationis erat quare peto dictum talem possessorem dictae domus mihi hypothecate vestra sua condemnari: ad assignandum et tradendum mihi possessionem dictae domus. **In. s. item si quis. s. priori. In glo. que incipit sed qua actione. ibi in cum. tene meum hanc glo. et suppleas ibi in. s. si. quo casu non liberabitur a carceribus etiam cedendo bonis: quod est mirabile secundum Dyn. Scribe versus de istis actionibus. sa. pa. pau. pactio talis non datur vtrique. **Libellus in reuocatoria formatur in hunc modum dico contra talem quod talis debitor: meus mihi fuerit condemnatus in. c. et quod non soluit condemnationem: fuerim missus in possessionem bonorum ipsius: que ad quantitatem debiti predicti non sufficiunt: et ipse debitor: ex titulo donationis in mei fraudem dederit et tradiderit tali talia predicta: posita in tali loco: et iura subueniunt creditoribus in quorum fraudem alienationes sunt: quare peto dictas alienationes reuocari ac perinde me mitti in possessionem dictae rei alienate: ac si dicta res tradita non fuisset proponens pro predictis actionem in factum reuocatoriam cognominatam paulianam.**********

**In personam.** Actio de constituta personam in qua est hodie transmissa actio que olim recepticia dicebatur que competit aduersus eum qui nudo pacto constituit se soluturum quod quis naturaliter et civiliter: vel naturaliter tantum vel civiliter: si sciet debitum tantum esse civiliter constituit. tenebitur. Item actio dicitur que ex contractibus filiorum vel seruorum circa peculium initis in personam et dominum rediguntur: que de peculio cognominantur. Item actio in factum: que oritur ex iuramento conuentionali in iudicio prestato si informaliter sit iuratum vel actio utilis ex eo contractu: que datur ex eodem iuramento si formaliter sit prestatum: personales: pretorieque actiones censentur. b. d. vsq. ad. s. penales. **Cum queritur utrum iurans et piurans puniatur sic distingue. aut quis iurat per sacra licita: aut per sacra reprobata et illicita. si per sacra licita et reprobata: et de consuetudine hoc faciat: ut puta per buccelos vel viscera dei: de iure nostro supplicio ultimo puniatur uti s. hec omnia quidem in aut. ut non luxu. contra naturam aut**

per sacra licita: et tunc: aut iurat verum et non puniatur ut si. de iureiuran. ff. de. C. aut iurat falsum: et tunc aut est persona accessoria: ut testis. aut persona principalis: primo casu puniatur. L. comelia de fal. ut. l. lucius. ff. de his qui no. in fa. l. qui falsa. ff. de test. l. eos. ff. de fal. aut est persona principalis: tunc aut iurat calore. aut cum deliberatione primo casu deus est ultor: ut. l. qd. calore. ff. de re. iud. l. ij. C. de iureiuran. aut deliberate iurat et tunc aut iurat parte deserente vel iudice aut nemine deserente. secundo casu non puniatur. quod nemini nocet sed deus ultor: ut. d. l. ii. C. de iureiuran. primo casu aut iurat aliquid de preterito. aut de presentis aut de futuro si de preterito et piurat. aut super negotio quod tangit principem. et puniatur. l. iul. maiesta. ut. l. ij. C. ad. l. iul. ma. aut tangat alterum quod principem. et puniatur extra ordinem criminis stellationatus arbitrio iudicis ut. l. de periurio. ff. de cri. stel. l. de illo iuramento oritur actio in factum ut in hoc. s. Item si quis et. l. no. erit. s. dato. ff. de iureiuran. aut iurat super eo quod de presentis est. et illud non retractat regulariter. fallit in casu posito in. l. si. C. de iureiuran. et in. l. admonedi. ff. de. r. l. i. perator. ff. de re. iud. et si per deum tunc iuravit iure iusto deus ultor: ut dicta. l. ij. C. de iureiuran. si per principem tunc deus princeps. ita intelligitur. l. si duo patroni. s. si. ff. de iureiuran. s. verum intellectum. aut iurat aliquid de futuro. et tunc aut piurat ex causa legibus inserta. et non puniatur ut. l. si. ff. qui sa. cog. aut sine causa in. l. inserta. et tunc aut iurat super eo. quod erat efficaciter debitum. et puniatur secundum quod dicit. l. si quis maior. C. de transact. si vero debitum non erat efficaciter. et tunc de iure iusto non puniatur. ut. l. iuregentium. s. et generaliter. ff. de pac. quod est verum si iurat aliquid quod sit in preiudicium alterius: si vero iuramentum in nullius lesionem tendit. ut quod non comedere carnes in die paschalis tunc deum habet ultorem: s. De. cuius fuerit hec verba. **Super glo. que incipit. ut puta in si. dic. glo. videtur aliter determinare in. l. iij. s. i. ff. de consti. pecu. quare Dyn. sic distinguunt. cum civiliter tantum debitorum venit in constituto. Aut ille qui constituit se civiliter tantum debitorum illud quod constituit. creditor vero credit vtroque debitorum. et tunc quod habet exceptionem odiosam. quod si solueret non repeteret. tenet talis constitutio ar. l. vi. s. si. ff. de consti. pecu. aut vere vtrique. l. creditor: et constituitur se civiliter tantum debitorum. tunc quod vtrique est in pari causa potior est conditio conuenti. et ideo hoc casu non tenetur constitutus. **Ista distinctio cadit in. q. utrum sine causa valeat. et quod de his glo. sunt contrarie dic breuiter sine alle. q. aut in stipulatione nulla causa est expressa. et presumitur causa donationis: et valet arg. l. cuius per errorem. ff. de re. iud. quicquid dicat glo. nam semper presumit scia: et probat per duas. l. et p. l. hoc iur. in pn. ff. de dona. et. l. i. ff. de pollicita. nam in his iuribus specialiter dicitur. q. speciale est in iure publico. q. volens donare deus exprimere causam: alioquin donatio non valeret ergo in istis est ius eode. ut. l. ius singulari. ff. de legi. Si vero exprimitur causa: quia vtrique presentium se non subesse. et tunc glo. tenebat quod non valeat l. l. ij. s. circa. ff. de doli excep. qua sequitur hic Dyn. et Ly. in. l. generaliter. C. de nom. pe. et Bar. in. d. l. ij. s. circa determinat contrarium videlicet quod quando vtrique se causam non subesse valeat. et dicit quod est casus in. l. campanus. ff. de operis lib. secundum quem deberes aliter determinare quod supra determinauit Dyn. in constituto facto vtroque sciete debitorum esse tantum civiliter. **In glo. ergo ex nudo. ibi cum qui in prin. doc. in rubrica de consti. pecu. C. dicunt proprie ita modicum interesse istorum. r. dierum. non debuit tanta specialitas introduci. dicunt ergo quod ratio est: quod quando aliquid promittitur accessorie: sequitur natura eius quod principaliter debetur. sic solemus dicere in pactis nudis appositis iuxta contractum. ex quibus si oritur actio. et per se quia accidunt pacto vestito ut. l. legem. C. de pac. **De re: terea huius consensus: qui intercedit super eodem debito magis operatur quod vnicus. est in simili. l. si auia. C. ad velle. ista tamen ratio secunda non videtur concludere. nisi in constituto quod faceret quis super eo quod debet. et ideo prima ratio est generalior. **In eadem glo. ad si. dic secundum Jaco. bu. q. quibus ser fouet pactum propter seipsum. et ex tali oritur actio. quod vestitur consensu. ut patet in contractibus qui consensu co-**********

trahuntur. et ita erat olim in promissione dotis. et ita intelligitur. l. ad exactionem. C. de promiss. do. sed cum glo. allegavit. l. i. §. 1. C. de rei v. ac. non bene dixit. quod ibi non oritur ex pacto actio. sed ex stipulatione presumpta a iure ut ibi patet quandoque. l. propter pactum inducit actionem. sicut est in donat. nudo pacto contracta. et tunc non oritur actio ex pacto sed ex. l. conditio propter pactum. et sic debet intelligi. l. si quis argentum. §. si autem. ut in glo. et ideo glo. non bene intellexit hic contemplatiue persone cui debet ex eo acquiri ut patet in. l. i. C. de suffragio et. l. i. §. i. de pollicita. et tunc oritur actio ex ipso pacto calfacto et corroborato a iure: hec ubi posuit Jaco. bu. in. l. legem. C. de pac. et do. Bar. in. l. si de iussor obligari. ff. de fideiuss. in. §. fideiussor accipi. **¶** Libellus in act. de constituta sic formatur dico contra talem quod cum esset mihi naturaliter obligatus ad. x. dictus talis: dicta. x. nudo pacto constituit se soluturum. dicoque quod cessat et negat dare ipsa. x. que constituit se soluturum. ideo peto etc. **¶** Libellus super act. qua dominus tenetur de peculio: dico contra talem dominum talis fui: quod cum contraxerim cum tali seruo suo: videlicet quod sibi. x. mutuauerim conuertenda in negotia pecuniaria: dictus talis dominus suus: indebite et iniuste cessat et denegat restituere dicta. x. quare peto eius condemnari: ad dandum mihi: quatenus est in peculio dicti serui. **¶** Contra dominum de in rem verso sic dicas: dico contra talem dominum talis serui: quod ego cum dicto seruo contraxi: quod ei. x. mutuauit: que per me mutata dicto seruo conuersa sunt in utilitatem dicti domini: que dictus dominus denegat restituere: quare eius dominus teneatur ex contractu serui quatenus est versus in eius utilitatem et dicta decem sunt versa in utilitatem ipsius domini peto ipsum vestra sententia condemnari ut dicta. x. mihi restituat et reddat. **¶** In iustoria dicas dico contra talem quod cum ipse preposuit tunc seruum suum tali taberne: ut ipse ibi pro eo negotia retur: et ego in negotijs dicte taberne dicto tali. x. mutuauit et dictus talis dicta. x. mihi restituere cessat et denegat quas cum dominus proponens seruum alicui negotiationi de his tenetur que contraxit seruus in ipsa negotiatione ideo peto dictum talem mihi condemnari ad dandum et restituendum dicta. x. **¶** In act. in factum quod oritur ex iuramentum informiter prestato sic dicas. Dico contra talem quod cum litigarem cum eo coram tali iudice et ab eo peterem. x. que dicebam mihi deberi et dictus talis coram iudice predicto mihi detulit iuramentum ut iurarem si dicta. x. erant mihi debita et ego dicto tali deferente. iurauerim dicta. x. mihi deberi per eum quare cum dictus talis denegat et recuset dicta. x. prestare ideo peto ipsum vestra sententia condemnari mihi ad. x. predicta danda et restituenda. Si vero formiter iuramentum prestitum sit sic dicas. Dico contra talem quod cum litigarem cum eo coram tali iudice et ab eo peterem. x. que dicebam mutuasse sibi mihi detulit iuramentum coram dicto iudice: et ego dicto tali deferente et postulante: iuravi predicta. x. mihi deberi per eum ex dicta causa mutui: que dictus talis indebite denegat mihi dare et restituere: quare peto ipsum vestra sententia condemnari debere: ad mihi danda et restituenda dicta. x.

**¶ Penales.** Actio: que descendit ex edicto de albo corrupto que competit contra eum qui dolo album pretoris corruptit. Item ea: que competit contra libertum vel contra descendentes vocatam in ius sine venia patronum vel paritem. Item ea que datur ex edicto ne quis eum qui in ius vocatus est vi eximat et ex edicto de eo per quem factum erit sunt pretorie et penales. b. d. **¶** In glo. i. iuris. ibi siue criminales: imo sicut Jaco. de are. i. causa criminali posset agere filius contra patrem: si pater enim iniuriam faceret filio: et quod cum filius et libertus ambularent pari passu: quo ad prohibitionem vocationis in ius: ut hic pater: et lex provideat de libertis. quod si enormem iniuriam sustineat a patrono. eum possit accusare: ut. l. si adulterium cum incestu. §. liberto. ff. de adul. ergo idem in filio ex identitate rationis. **¶** Super eadem glo. quero: quid si venia non petita filius vocat in ius patrem: et pater venit: et cum filioli tiganit: nunquid iudicium valet: dic quod sic: per. l. quis. ff. de

in ius vo. quod posuerunt doc. in. l. qui in potestate. C. eo. et ex hoc inferitur quod quavis filius non potest regulariter accusare patrem: quod si accusauit: et pater non opposuit se contra accusationem: quod non potest accusari quod accusatio procedat: nam cum talis exceptio sit dilatoria: et sic ante lit. conte. de oppo ni quod regulariter est in quocumque qui accusare non potest de iure: quod si ante lit. conte. non opponeretur: non posset opponi: quod probatur per. l. i. §. per accusationem. ff. ad turpi. et ibi determinant doc. Hoc probat et sequitur hoc. d. Bar. in dicto. §. per accusationem. **¶** In glo. i. non potest in fine tene ergo glo. quod filio agenti ex causa: ex qua patri non acquiritur usufructus. pater debeat consentire: idem tenet l. cum non solus. §. necessitatem. C. de bo. que lib. licet. ff. antiquus glossator. ibi: teneat contrarium cuius opi. sequitur Barto. in. l. si. ff. de verbo. oblig. in. §. i. et Jaco. de are. Ricar. malumbre. et Ly. in. d. §. necessitatem. nam ratio quam allegat glo. quare pater debeat consentire dum agit. et quod non est integra persona. non est vera. quod in his que acquirunt patri. tantummodo pater est legitimus administrator. et ita introduxit dicta. l. si. C. de bo. que lib. unde in signum repudiationis exigitur patris consensus. dum filius agit ex tali causa. sed ubi ageret ex alia causa. tunc patris auctoritas vel consensus non spectatur. cum patria potestas ad gubernandum et regendum filium sit introducta. non ad auctorizandum sicut predictos doc. et propter istam rationem meam reprobat glo. que ubique tenuerunt quod filio agenti ex causa caltre si vel quasi pater necessitatem habeat consentire ut scribitur doc. in. d. §. necessitatem. **¶** In glo. f. dat actio in fine dic. cum queritur quod prescriptio interrumpatur. utrum per executionem missionem. i. citationem sola. an vero per contumeliam. quod glo. quasi ubique vacillant. et iura super hoc videtur diuersimode loqui. **¶** Dic secundum Jaco. de are. Jaco. bu. et Bar. quod aut nos querimus de prescriptione fauorabili. qualis est usufructus triennij. que currit fauore prescribentis tantummodo aut de prescriptione partim fauorabili et partim odiosa. qualis est prescriptio. x. et xx. an. que currit fauore possidentis tantummodo bona fide cum titulo rem immobilem. et in odium negligentis. aut de prescriptione mere odiosa. qualis est prescriptio longissimi temporis. xxx. vel xl. an. aut de prescriptioe que de sui natura currit. quod temporalis est iuris dispositio ut est in pretorijis penalibus. primo casu non interrumpitur prescriptio etiam per lit. conte. non in effectu sicut quod patet in. l. ij. §. si. ff. pro emp. secundo casu interrumpitur prescriptio etiam per lit. conte. ut. l. mote litis. C. de rei ven. et. l. consilium. ff. de ac. et ob. nam in hac prescriptione eligitur media via. cum ipsa sit media inter prescriptionem longissimi temporis et usufructum triennale in tertio casu interrumpitur prescriptio per citationem solam. ut. l. cum notissimi et. l. si. cut. C. de prescrip. xxx. vel xl. an. et est ratio. quod illa prescriptio est introducta mere in odium negligentis. et dormientis suum ius prosequi. et ideo tunc currit quod diu dormit. cum mittit nuntius vel citatorium excitatur. et non dormit amplius. et ideo prescriptio interrumpitur. **¶** Quarto casu interrumpitur prescriptio per litis conte. ut est casus in. l. i. et. ij. simiunctis. C. quando libe. prin. datus litis conte. sa. et quod talis prescriptio interrumpatur faciendo sic. probatur in. l. si. et ibi no. ff. de edicto diui. ad. tol. ubi est glo. no. de hoc quam sequitur Dy. Quota qualiter et quomodo interrumpatur prescriptio statutaria. dic sicut do. Bar. quod aut statutum scilicet est a comite barone vel magistratu habente potestatem condendi statutum quod si magistratus est et talis videtur esse lex pretoria et actio ex ea descendens est pretoria ideo per litis conte. interrumpitur ut supra in quarto membro dixi aut factum est statutum a toto populo vel ab habente potestatem a populo et de ea iudicabitur sicut quod iudicatur de prescrip. longissimi temporis videlicet quod interrumpitur per citationem solam. nam talis prescriptio currit sine ti. et solummodo negligentia non potentis. et dormientis ideo iudicatur ut de illa quam dixi in tertio membro. quod posuit do. Bar. in. l. ij. §. si. ff. de usufructu. pro emp. **¶** Libellus contra eum quod corripit vel sustulit album pretoris sic formatur. Dico ego talis popularis et tanquam de populo accuso talem quod eius per dimum



vicarium civitatis predictae propositum et scriptum esset al-  
bum vel appositum in edictum ad parietem palatii resi-  
dentie dicti dñi vicarii quo cauebatur qd nullus iret de no-  
cte cum lum. ne vel sine lumine sub pena. r. sed dicit talis  
dolose et aio pensato dictum edictum sustulit vel dictum  
album corripuit quare peto ipm puniri. **C**ontra vocates  
in ius sine venia sic dicat. **D**ico contra tales filium vel liber-  
tum meum qd quis ipse sit filius vel libertus meus et no-  
sit vocare in ius sine venia dictus talis filius vel libertus  
meus si petita venia nec obtenta me inuitus in ius vocavit  
coram tali iudice quare peto eum de predictis puniri. **C**on-  
tra vi erimentem in ius vocatum puniendum et edicto ne qd  
cum et cetera. sic dicat. **D**ico contra talem qd cum tali die  
fecissem citare tale meum debitorum. r. ut die tertia sequen-  
ti compareret coram tali iudice mihi rursus de iure super p-  
dictis dictum tale dum talis debitor meus predictus ad  
iudicium veniret per vim et violentias ipsi detinuit et impe-  
diunt quominus veniret ad iudicium coram iudice in ter-  
mino dicte citationis. propter qd actio mea quam contra dictum  
debitorum meum habebam ad dicta. r. pempta est quare peto  
dictum tale mihi vestra sententia condemnari in quantitate in  
qua in iure iuravero contra eum. **C**ontra cum vero qui  
dolo fecit quominus veniret in ius ad iudicium vocatus  
punendum per edictum de eo per que factum erit. sic di-  
cat. **D**ico contra talem qd cum litigarem cum tali adversa-  
rio meo coram iudice et coram dicto iudice comparuisset  
et promississet sistere in iudicio dicto meo adversario dicta  
li sub pena. r. et dum essem in itinere eam sistenti dicta die  
in iudicio ne in dicta pena incidere dictus talis fecit quo-  
minus dicta die in iudicio non sisteret annuntians mihi  
qd pater meus mortuus erat vel aliquid aliud propter qd vo-  
mum reuerius fui et in iudicio non steti vii in penas incidit. s.  
de. r. libris quare peto dictum talem ad interesse meum  
qertimo. r. condemnari.

**Preiudiciales.** **D.** d. Preiudiciales actiones ut de ea per  
quam queritur an quis sit libertus vel ingenuus. et de partu  
agnoscendo per quam queritur quis dicatur filius vel non  
filius et sunt pretorie et reales. Actio vero per quam queritur  
quis sit liber vel suus est preiudicialis in rem cum sit iudi-  
canda. h. d. **C** In glo. magna ibi quidam et c. quidam hinc  
in glo. directa quidam non directa melius stat sine non na-  
directa potest sumi duobus modis uno modo per respec-  
tum ad utilem. ut est illa que competit ex verbis et men-  
te. l. Alio modo potest dici directa per respectum ad con-  
trarias: prout glo. loquitur sine non sumitur hic directa p-  
oppositum ad contrarias qd patet. qd dicit successione: et ipsi  
seperantur in libertate contraria preiudiciali. utili non di-  
recta et hoc modo intelligendo glo. contradicit determinatio-  
ni sue. quia supra posuerat: reprobando qd non sit dare co-  
trarias in preiudicialibus: et ideo gl. vel hic vel ibi male di-  
xit sed ioh. in arboze sentit: qd est dare directam et contra-  
riam in preiudicialibus: et hanc videtur sequi **D.** et ideo  
glo videtur male determinasse si eius dictio non videtur pos-  
se legi. qd hic gl. videtur accipere directam per respectum ad  
contrarias: nisi vellemus dicere. qd prima pars gl. ose. req-  
rit ab alio latere in prima linea sub hoc signo. et ibi statur et  
dicit que dicit et c. qd fuit error commissus in. l. i. C. de manu-  
mis. si per. xxx. an. servierat. et hoc dicitur doc. non obstat di-  
cta superius allegata quia loquitur de servitute querenda  
per prescriptionem: nos loquimur in titulo servitutis pban-  
de per diuturnitatem temporis. **C** Intra si. dicte glo. ma-  
gne: ista glo. ergo videtur determinare qd officio iudicis  
petatur servituta futura. glo. determinat contrarium supra p-  
ri. ubi dicebat qd officium non poterat se extendere ad futu-  
ra. **D.** et iaco. but. concord. aut officium iudicis dat sup-  
iure: sicut quando acquisitum est mihi ius de futuro: ut fuit  
in quibus tenet ad patientiam de futuro officio iuris ut. l. i. ha-  
rum. et. l. legi. ff. si futurus ven. et tunc officium iudicis potest i-  
plozari etiam p futuris: aut officium iudicis competit p iure  
qd est de presentibus: non potest extendi ad futura: et ita intelli-

gitur. l. i. cuius si. ff. de usuris. in gl. dicit tñ **D.** qd ista gl. p-  
ri. loquitur in eo qd dicit. qd si futua sunt promissa vel pre-  
stata longo tempore ex promissione petetur officio iudicis  
na dicit tunc qd petent actione ex eo contractu. videlicet ex  
promissione: et sic reprehendit glo. sed videtur p nunc qd glo.  
melius dicat: n. glo. quesivit quid si petatur futua futura  
sed futura non possunt peti iure actionis ar. l. solemus. et. l.  
non potest. ff. de iudi. ergo glo. dicit optime: petuntur offi-  
cio iudicis: sicut solemus dicere in servitutibus: pro qui-  
bus agitur ad interesse de preterito: et patientiam de presentibus  
officio iudicis. ut no. dictus d. Ja. in. l. barri. ita etiam erit  
in proposito qd agatur ad futuras prestationes officio iudicis  
eis. ut cogatur quoti die prestare. et agere de iure meo. nec  
erit verum qd hic agatur officio iudicis ad futura. qd agit  
ad futura in quibus habet ius de presenti. qd **D.** fateba-  
tur posse fieri. ut supra primo p cum. forte glo. non meruit  
se adalitari. preterea posset et aliter defendi. qd officium iudicis  
duplex est. s. mercenarium et nobile. si intelligimus de nobili.  
tunc forte precedet responsio **D.** s. si intelligimus de merce-  
nario deseruienti actioni ex eo contractu. tunc glo. sustineri  
posset. qd in omni actioe. pponi potest officium iudicis mer-  
cenarium. et id dicit. Ja. but. qd si ponatur aliquid in libello. ex  
quo resultat actio. et postea concludatur. quare peto ipm offi-  
cio vfo condemnari. qd talis conclusio bene stat. qd debet intel-  
ligi de mercenario de seruienti actioni. ita erit in proposito  
fm **D.** qui dicit preiudiciali non directa. accepit tñ directam  
vtrius respectu et p respectum ad contrariam. et per respec-  
tum ad utilem. **Q**ueritur. vtrum preiudicialis actionem possit in-  
tentare ille. qui est in quasi possessione. qd vult petere per  
preiudicialis ut pone qd quis est liber. inquietat forte p ali-  
quos. qd dicit qd est suus. nisi quid peteret intetare preiudicia-  
lem. p quam dicat se liberum. cum in possessione libertatis sit  
vfo qd non. qd nemo potest petere qd habet. hinc est qd rei vendi-  
catio non dat possidendi omni genere possessionis. ut patet  
supra in. s. eque dic contrarius cum in istis preiudicialibus tra-  
ctet de quodam iure servitutis si etiam existes in quasi posses-  
sione libertatis. qd peti p preiudicialis. preterea dicit lex  
q qui nascitur ex viro et vxore est in possessione filiationis ut.  
l. filio. ff. de his qui sunt sui vel alie. i. et tamen lex permisit  
tali filio intentare privilegium de partu agnoscendo ut hic  
patet. **C** In ea. glo. magna circa filii ex fluctu die debeatur  
fuita. glo. vfo unum qd ex diuturnitate temporis sola.  
quis obligetur ad aliquid prestandum. p hac opi. facit. l. i. ff. de  
servitu. vbi dicit qd diuturnitas aq ducit et sine titulo futu-  
te inducit. preterea plus debet operari diuturna solutio q  
vnicuius ar. l. si mlier. C. ad vell. sed una solutio scilicet facit  
debitum. adeo qd non potest repeti. ut. l. cum de debito. in fi. ff. de  
pba. ergo multo magis plures. preterea vfo calus in. l. cum  
de in re vfo. ff. de usuris. vbi imperator sic iudicavit. ergo  
et nos sic sequi debemus. ut in. s. sed qd principi. supra de  
iure. na. glo. in. d. l. cum de in re vfo determinat contrarium. licet  
teneat. qd ex longa prestatione presumat tal. unde quis poterit  
titulus allegat. que probabit per longa prestationem. **I**sta ergo  
glo. si intellexerit ut supra dicit. falsa esset multis rationibus.  
qd certi sunt modi obligationis inducende. ut patet supra in  
ti. de obligat. et sequentibus. s. ille non est de illis modis. ergo  
a partibus sufficienter enumeratis. ex longa prestatione non  
inducitur obligatio. **I**ste modus arguendi probat in. l. a patre  
furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. in. preterea. aut dicimus  
obligationem induci ex tpe solo. et hoc est falsum. qd tps non  
est modus inducende obligationis ut. l. obligationum fere. s.  
placet. ff. de ac. et obli. nec etiam ex solutione sola. qd inducta  
ad unum effectum non debet operari contrarium ut. l. qd ho-  
minem. s. vlti. ff. de solu. sed solutio est adinueta ad tollendas  
obligationes ut supra quibus mo. tol. ob. ergo etiam inducere  
non potest. neqz ex vtroqz simul. qd ea que sepe sunt non  
pnt aliquid inducere nec et coniueta ut. l. ipadone. s. qd in-  
menta. ff. de exc. tu. **N**on ob. dicta. l. i. qd loquitur in reali.  
non ob. qd plus dnt operari plures solutiones et c. qd fateor.  
qd negabunt plures repetitiones. non ob. l. cum de in re vfo qd  
ibi allegabatur titulus. qui probabat p diuturnitate prestatio-  
nis et hoc fieri potest ut determinam supra. **Q**uid si aliquis

vna vice prestat centum qui dicit se debuisse ex. c. annis p̄teritis. scz vnum quolibet anno. nunquid ex hac solutione allegatur titulus probabiliter videtur q̄ sic. quemadmodum si annuatim prestasset. qz hic est eadem ratio. ergo zc. dic contrarium fm Ia. z Pe. qz vna solutio plurium annorum non tantum operatur quantum eadem distributa p̄ singulos annos. cū ex solutionibus particularibus pluries factis inducatur maior patientia z cōsensus q̄ ex vnico tñ facto pro pluribus annis. argu. l. vlt. C. ad legem fal. z de l. si mulier. ad velleia. ¶ Quid si quis stent per longū tempus puta. x. annorum z vltra q̄ non prestat debita scrupula z velit allegare remissionem factam per creditorem ex aliquo titulo puta donat. vel pacti de non petendo nunquid presumetur titulus iste precessisse ex diuturna cessatioe videtur q̄ sic. qz quemadmodum diutina prestatio facit presu mi titulum obligationis in debitore. et supra dixi ita diutina cessatio facit presu mi titulum liberationis in creditore. ar. sumpto a pari. dic contrarium quia plus est soluere z gratus q̄ non soluere qz in non solvente non exigitur aliqua voluntas vel aliquod factum sed in solutione diutina exigitur mult. plex consensus. vnde non sunt paria. hanc solutionem probant due. l. simul iuncte vs. l. sub hac. ff. de act. z ob. cō iuncta. l. si ita. ff. de condi. z demon. ¶ Quid in seruitute hominū aliquis seruitit mihi vt seruus meus per decennium negat se seruum dicens se liberum nunquid ex diutina temporis prescriptione presumetur titulus seruitutis i hoc homine glo. t3 qz non in. l. cum de in rem verso p. l. i. C. de prescrip. l5. tem. que pro lib. qz liber hō non pōt prescribi. ¶ In predictis autem actionibus formatur libellus vt ponitur in gl.

**Sic itaque.** Pro re nostra nullam actionem acquirimus ad dandum qz qd nostrum est primo dominio durante amplius fieri nostrum non potest. Conditio tamen furtiua licz alias personalia p̄ re nostra restituenda ratione proprietatis non competat cōpetit qz omnis actio degenerat contra furem Et inter reales z personales hoc interest. qz realis vindicatio personales vō conditiones olim proprie hodie quasi abusive vocantur denunciations. h. d. vsqz ad. §. sequens. ¶ In gl. que incipit sed opponitur in fi. dic clarius soluendo contrarius qz res potest fieri mea ex pluribus causis in idem concurrentibus sed ex pluribus causis successiuis nō: ex quo mea est ex vna causa ins plenissimum acquisiui qd non admittit aliquid super se sicut p̄ naturaliter in vase pleno. Sed cōtra hoc opponitur. nam constat qz in vscapioe plures cause requiruntur etiam successiue. l. titulus bona fides z possessio continua vt p̄ ibidem ergo ex pluribus causis diuis potest fieri meum solutō qd dictum est intelligitur de causis. l. titulus fm q̄ sentiunt glo. z doc. in. l. ii. §. cum ex pluribus. ff. de acquir. poss. ¶ In glo. que incipit. i. qz apparet dic fm Dy. z etiam videtur fuisse de mente gl. in ver. plane. vbi videtur poni quedam exceptio. regula vō videt hic poni qz exceptio debet esse de his que in regula continentur fm q̄ plane p̄ in rubrica de re. iur. sed supra premisit vnā regulam circa actiones personales dicens qz personali actione non possum petere mihi dari qz est meam postea pōit exceptiones. qz conditio furtiua que est personalis actio datur ad rem restituendam z premisserat generaliter qz personales non poterant dare nobis qd nostrum est. Dy. ergo intelligit istum ver. qz speciale sit in conditione furtiua qd nō est in alijs personalibus hoc mō qz nulla personalis actio datur ad restituendum proprietatem rei que est nostra sed ad restituendum possessionem bene datur sicut actō depositi cōmodati z similes. fallit hec regula personalium actionum in conditione furtiua que datur ad restituendum rem nostram rōne proprietatis. z ita intellexit idem Dy. i l. scire debemus. §. si a fure. ff. de verbo. ob. vbi si ego stipuler a fure rem simpliciter mihi dari quā ipse furatus est nō valet stipulatio per rōnes istius. §. in prin. sed si stipuler mihi dari illud qd fur dare fatetur ex conditione furtiua bene valet. l3 fur non teneatur ad dandum qz illa verba dare intelliguntur. i. restituere. propter verba adiuncta qd eual

de no. qz vbiqz precessit contractus. de cuius natura nō venit translatio. z apponuntur ista verba dare debet intelligi. i. restituere vel tradere fm naturam preambuli contractus. qz l3 verbum dare significet dominium transferre vt hic tamen propter adiunctum impropiatur significatō eius qd optime probat dictus. §. si a fure. do. Bar. videt intelligere istum. v. plane qz fur teneatur ad dandum. z qz speciale sit in conditione furtiua. qz in ea vocatur res dari mihi que mea est. qd non est reperire in aliqua actione personali. z hoc qz contra furem omnis actio degenerat. z fm istum intellectum ver. plane ponit exceptionem a tali regula. sic debet intelligi. qz supra premisserat regulam qz personali actio non competit ad dandum qd meum est. tñ hec cōditio furtiua competit domino ad id quod suum est. z sic bona est exceptio. Quia vō in eadem glo. qz vbi olim fuit dominus. hodie presumitur dominus queritur de possessione. nunquid qui olim possedit hodie presumatur possidere. ar. l. siue possidetis. C. de proba. Jo. dicebat qz non. nam possessio facilius perditur qz dominium. vt. l. iij. §. in amittenda. ff. de acquir. poss. Do. ff. distinguebat. aut tractatur de cōmodo illius qui olim possedit. z sit vera opi. pla. qz solo animo possessio retinetur vt. d. §. in amittenda. z est verisimile. qz quando tractatur de cōmodo alicuius. ut sit semper animus continuande possessionis. Si vō tractatur de eius incōmodo tunc sit vera opi. Jo. per contrariam rōnem precedentem. que opi. h3 doc. practicatur. l3 Ia. de are. aliter distinguat. utrum tractetur de possessione. quā quis habuit de recenti. z hodie presumatur possidere alias non Pe. vō indistincte tenet opi. pla. qz siue tractetur de cōmodo illius qui possidet. siue non qz semper ille qui possedit. hodie presumatur possidere. qz l3 possessio civilis solo animo perditur. naturalis tamen detentatio non perditur sine facto ideo rō Do. ff. fm Pe. non videtur subsistere Do. ff. tamen opi. practicatur de consuetudine. z ideo est tenenda fm doc. de qua opi. facta est additio in de. l. siue possidetis. Sūpta occasione ex predictis. Nunquid qui hodie possidet rem vt dñs. dominus presumatur glo. dicunt qz sic in multis locis. tamen ad habendum predictoz doctrinā sic distingue aut tractat de dñio p̄ modū actōis aut p̄ modū excepōis. Primo casu. aut de dñio q̄rit principaliter. aut incidenter. si principaliter. tunc debet dñus directe probare de iure gentium vel civili. ut. l. interest. ff. de rei ven. z. l. ita. ut si fur. ff. de condi. fur. fallit cum possidens ut dominus agit contra violentum. qz in odium violenti z etiam cum dñum directo deducitur in iudicium per modum actionis. presumitur quis dominus ex possessione bone fidei. ut. l. si quis emptiois. §. super his. C. de prescrip. xxx. v. l. an. Si vō dñus deducitur in iudicium incidenter. aut probatur possessio ut de presenti. aut ut de preterito. Primo casu possessor presumitur dominus. ut. l. si cuti. §. si queratur. ff. si serui. uen. facit qd no. per Ly. in. l. ij. in. iij. q. C. que sit lon. consue. qd est verum nisi contrarium sit probatum per aduersarium. quo casu vera probatio tollit fictas. ut. l. item mella. §. j. ff. ad. l. aquil. Aut idu cit possessionem de preterito. ad probationem dñij. z tunc non presumitur dominus nisi probetur. ut. l. qui nōdum §. qd dicitur. ff. de pig. facit qd no. per doc. in. l. cū res. C. si res alie. pig. va. sit. z per hoc forte non potest defendi videtur Dy. qd voluit defendere in. §. item seruiana. si vō dñum deducitur in iudicium per modum exceptionis. aut hoc fit añq̄ sit fundata intentio actoris aut post. si post. tunc non presumitur dñs. ut. Lob. meritorum. C. ne uxor pro ma. z. l. j. z qd ibi no. C. de priuil. sis. z sic potest saluari qd ā glo. que ē in. l. iij. C. de proba. que videt uelle qz fama sufficiat ad probationem dñij.

**Sequens.** Tertia diuisio actionū est. qd que dam sunt p̄secutorie rei tñ. ut oēs reales z regulariter personales. que ex cōtractu descendūt. ex mutuo. z stipulato cōmodato pro socio z cempto uisito locato cōducto z deposito. preterq̄ in quatuor casibus i quibus actōes depositi sunt rei p̄secutorie partis. z p̄s penales. Actionū vō que ex maleficijs oriunt. que dā sunt iure penales

mere penales. ut actio furti. quedam mixte ut actio legis aquilæ. et actio competens pro legato sacro sanc. eccles. ut pijs locis relicto. contra heredem qui passus fuit se pro ipso legato ad iudicium vocari. b. d. **C** In gl. sed quare plus. Quis queritur quis sit magis puniendus utrum clam vel palam aliquid faciens. Distingue fm Dy. et alios: aut quis facit aliquid qd est de genere permissorum. ut puta qd contrahit et tunc si faciat palam contractum prohibitum in min<sup>o</sup> puniatur. qd presumitur error: qd si faciat clam. qd presumitur qd facit dolose. vt. l. non existimo. ff. de admitture. et l. si. ff. de ritu nup. si vō faciat aliquid de genere prohibitorum. tunc qd nō potest presumi bona fides plus puniatur palam. qd clam faciens. vt est videre in facto furto manifesto. et non manifesto. **C** Libellus in actioe depositi mixta: quatuor in casibus sic formatur. Dico contra talem qd cum in civitate aretina ortus tumultus esset vel in tali domo ortum esset incendium vel iuxta domum meas cōtē que dam domus que ruinam faceret. vel cum quedam nauis super qua ego eram naufragium facere vellet: propter quos casus non potui preuidere penes quem posses tute deponere talem librum meum: eundem librum propter timorem dicti tumultus incendij: naufragij: vel ruine: deposui penes talem. Dico etiam qd dictus talis dum ab eo dictum depositum repeterem: inficiatus est illud asserens contra veritatem dictum librum meum penes eum non deposuisse: quare cum iura puniant depositarium inficiantem depositum in quatuor casibus in duplum: et casus predictus propter quos deposui sit vnus ex illis: ideo peto dictum talem puniri et condemnari in duplum dicti depositi. **C** In actione furti manifesti et non manifesti sic formatur. Dico contra talem: qd ipse dolose et fraudulenter animo lucrandi talem librum meum surripuit et contraxit me dño dicti libri inuito et anteq̄ dictum librum ad locum destinatum detulisset: fuit deprehensus qui liber tempore cōtractationis et ante fuit et erat. et est meus: quare peto pro dicto furto manifesto in quadruplum ipsam condemnari. **C** In actione vi bonorum raptorum: sic formatur. Dico contra tales: qd ipse per vim et violentias de hoc presenti anno. et tali mese rapuit mihi talem librum quare cum cōtra raptores sint pro. lita iura: que eos puniunt in quadruplum. peto ipsam condemnari et in triplum vltra dictam rem raptam p vos puniri. **C** Contra heredem qui passus est pro legato ad pias causas relicto se ad iudicium vocari sic formatur. Dico contra talem heredem qd talis testator in suo testamento vltimo legauit fabrice sancti Dominici. x. et dictum legatum petierūt a dicto herede: pro quo dictus talis qd nolebat dictum legatum prestare passus fuit se ad iudicium vocari. et trahi et ipsam legatum inficiatus est: quare cum tales ad iudicium vocati: inficiantes relicta legata pijs locis: auri puniunt in duplum. ideo peto dictum talem vltra snia condemnari ad soluendum duplum dicti legati.

**Quedam.** Familie hereticunde iudicij qd datur coheredibus occasione diuidende hereditatis. Item cōmuni diuidūdo qd in re aliqua cōmunionē habentibus ad ipsam diuidendam competit. Item actio finium regundorum: que vt fines prediorum lumentur competit. In quibus iudicij: iudex ex bono et equo: quando res aliqua cōmode diuisionem accipere nequit: de re vnus alteri adiudicat: qui pro extimato ne eius qd plus perceperit. pecunialiter alteri condemnatur. dicuntur mixtam causam habere reales: et personalis actionis l3 personales actiones sint habende et c. **C** Super glo. j. Dy. videtur sequi simpliciter qd sit dare actiones mixtas: atq; in isto tertio addatur quoddam tertium membrum prime diuisioni actionis posite in. §. omnium in prin. qd non videtur verum: cum tex. dicat qd habet mixtam causam sed non qd sint mixte: preterea fm do. Ja. bu. in hoc titulo tractatur de natura actionum: quo ad ipsarum originem. l3 eedem res non possunt habere originem ex diuersis causis contrarijs quales sunt reales et personales actiones. ergo non est dicendum qd iste actiones mixte sint quo ad originem preterea actiones que oriuntur ex contractu vel qua

